intimante quod Pr. & Con. S. Frideswyde, Linc' diocesis, obedienciam & reuerenciam sibi debitas denegantes, alias iniuriosi existunt eidem plurimum et molesti, Ideo que discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus conuocatis, audiatis causam &, appellacione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, ij vestrum ea nichillominus exequantur. Dat. Laterano v. Idus Ianuarij. Pontificatus nostri anno vij°.

Huius igitur auctoritate mandati prefatum Pr. & Con., ad instanciam dicti Archidiaconi, in iure vocari fecimus, &, partibus in iudicio constitutis, idem Archidiaconus proposuit contra eosdem Pr. & Con. quod iniuriosi & inobedientes ei existebant, in eo quod non permittebant ei iurisdiccionem suam exercere in quibusdam Eccl. & parochijs infra Archidiaconatum suum constitutis, viz. in Eccl. de Hedinton', de Merston', de Elshfyld & parochia S. Frideswyde in Oxon', Item eo quod non pertulerunt eum de excessibus ibidem commissis & querelis cognoscere, nec sinodalia percipere, neque de predictis Eccl. & parochia, neque de Eccl. de Fritwell' procuracionem racione visitacionis habere. Tandem, lite super premissis legitime contestata, testibus hinc inde productis, & attestacionibus puplicatis, habitis eciam super eisdem disputacionibus plurimis, demum lis inter partes mota amicabiliter tali fine conquieuit, Viz. quod dictus Archidiaconus habebit plenam Archidiaconalem iurisdiccionem in Eccl. & parochianis de Elsefeld, & Capellanus eiusdem Eccl. canonicam ei faciet obedienciam & capitula eius sequetur, Percipiet eciam singulis annis sinodalia de eadem Eccl., in Sinodo scilt. proxima Pasche xij*d.* & in Sinodo proxima [post] festum S. Michaelis xij*d.*, Habebit eciam annuatim vj*s.* viij*d.* pro procuracione ei racione visitacionis eiusdem Eccl. debita, quos dicti Pr. & Con. ei soluent in Sinodo proxima post festum S. Michaelis singulis annis, Item habebit hospicium suum racione visitacionis singulis annis de Eccl. de Fretewell', Habebit preterea omnimodam Archidiaconalem iurisdiccionem in parochia & parochianis S. Frideswyde in Oxon'. Pr. vero & Con. habebunt easdem libertates in Eccl. S. Frideswyde & in familia sua & in Capellis de Hedendon' et de Merston' quas a retroactis temporibus habuisse noscuntur. Et si per predictum Archidiaconum siue Officialem eius vel Diaconum in quemcunque parochianorum S. Frideswyde lata fuerit sentencia suspensionis vel excommunicacionis, vel pena alia interdicta, dictus Pr. & Con. sentenciam illam in Eccl. S. Frideswyde,

cum fuerint super hoc requisiti, puplice denunciari facient & seruari. Hanc autem composicionem firmiter & fideliter tenendam tam prefatus Pr. & Con. quam dictus Archidiaconus bona fide promiserunt. Consenserunt eciam quod supradicti iudices ad obseruanciam eiusdem composicionis ipsos, si necesse fuerit, auctoritate apostolica compellant. Post decessum vero dicti Archidiaconi saluum erit ius dicti Pr. & Con. in rebus supradictis & Archidiaconi similiter. Acta sunt hec A. G. M°CC°XXXJ° in Octabis Epiphanie. Nos autem, ad instanciam parcium coram nobis per Procuratores suos legitime constitutos comparencium, plenam iurisdiccionem ad compellendum partes ad obseruacionem composicionis supradicte nobis & successoribus nostris reseruantes, eandem composicionem auctoritate apostolica duximus confirmandam & sigillorum nostrorum munimine roborandam. Acta sunt hec A. G. M°CC°XXXJ°.

732.

A. p. 84.

[Before papal Commissioners. The Prior and Convent of St. Frideswide v. Robert Rector of Souldern and others respecting certain tithes and other matters. Judgement for plaintiffs.]

Sentencia lata pro decimis assarti in le Milnefeld de Beckele auctoritate sedis apostolice. [123¾. Feb. 3.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] de S. Iohanne & de S. Iacobo Priores et Decanus Norhampton', Linc' diocesis, Salutem in Domino. Mandatum domini Pape suscepimus in hec verba :—

Gregorius Episcopus . . . [&c.] dilectis fil. de S. Iohanne & de S. Iacobo Prioribus & Decano Norhampton', Linc' diocesis, Salutem . . . [&c.]. Pr. & Con. S. F. Oxon' nobis conquirendo monstrarunt quod Robertus de Sulthorn & Nicholaus de Bekeley Ecclesiarum Rectores, P. Miles & quidam alij Clerici & laici, Linc' & Sar' diocesium, super decimis, possessionibus et rebus alijs iniuriantur eisdem, Ideo que discrecioni communi vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus conuocatis, audiatis causam, & appellacione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellacione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, ij vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Anag[nie], v. Id. Febr. Pontificatus nostri A° vj^to^. [123⅜. Feb. 9.]

Huius igitur auctoritate mandati Nicholaum Rectorem Eccl. de

Bekle coram nobis in ius vocauimus, qui, in presencia nostra constitutus, confessus est in iure omnes decimas de omnibus assartis factis & faciendis in Foresta de Stawode infra limites parochie S. F. Oxon', racione Capelle de Hedindon' ad dictam Eccl. S. F. pertinentis, de iure communi ad predictam [Eccl.] S. F. pertinere, & sic ad Can. S. F. Oxon', quorum est Eccl., eodem iure pertinere. Didicimus eciam, tam per confessionem dicti N. quam per alias probaciones legitimas de consensu parcium factas, omnes Forestarios tocius Foreste de Stawod, tanquam parochianos Eccl. S. F., racione dicte Capelle de H., ab antiquo singulis annis omnia Ecclesiastica Sacramenta apud dictam Capellam de H. percepisse, & omnium fructuum decimas & prouentuum ex dicta Foresta prouenienciumibidem plenarie persoluisse, et corpora eorum, vbicunque locorum in fata decessissent, apud dictam [S.][1] F. sepeliri, vbi corpora omnium defunctorum de Hedindon' recipiunt sepulturam. Nos igitur, super hijs, habito cum iuris peritis consilio, cum per confessionem dicti N. de iure Can. S. F. super decimis predictis de Stawod plene nobis constaret, dictas decimas sepedictis Can., racione eiusdem Capelle de H., Eccl. sue de S. F. sentencialiter adiudicauimus, easdem dicto N. & Eccl. sue de Bekle imperpetuum adiudicantes[2]. Auctoritate eciam domini Pape qua fungimur statuimus vt ista sentencia a nobis lata inter dictas partes perpetuo & immobiliter obseruetur, nobis ex consensu parcium reseruantes potestatem cohercendi vtramlibet partem, si forte contraire voluerit. Hanc autem sentenciam Archidiacono Oxon' & Decano de Zesteley demandauimus exequendam. Acta A° Incarnacionis Dominice M°CC°XXXIIJ° in Eccl. B. Petri Norhampton' versus castrum, die Iouis proximo post Purificacionem B. M. Virginis. Et vt hec . . . [sealing clause].

733.

A. p. 85.

[Proceedings before the Dean of Arches respecting the same. Judgement for the Prior and Convent of St. Frideswide.]

1270. [July 7.] *Item alia sentencia lata in Curia de Arcubus de decimis assarti predicti.*

Acta in Eccl. B. Marie de Arcubus London' viij° die iuridico post festum Apostolorum Petri & Pauli, cum continuacione & prorogacione dierum facta parti presenti sub expectacione partis presentis vsque

[1] S. *om.* MS. [2] *sic* ib.

diem Mercurij proximum post festum S. Iacobi Apostoli [July 30] A. G. M°CC°LXX°, coram nobis Decano Eccl. B. Marie de Arcubus London', officiali Curie Cantuarie, sede vacante, Commissario, in causa spoliacionis decimarum que vertitur inter religiosos viros Pr. & Con. S. F. Oxon', actores, ex vna parte, & dominum Michaelem de Northampton', qui se dicit Rectorem Eccl. de Bekele, reum, ex altera, viz. dictis religiosis singulis diebus ab viij° die iuridico memorato vsque dictum diem Mercurij & eodem die Mercurij per magistrum Henricum de Nassyngton' Procuratorem suum, prefato que M. ab eodem viij° die iuridico expectato, demum prefato die Mercurij per Willelmum Brun Procuratorem suum legitime comparentibus, cum constaret per litteras testificatorias Decani Xpianitatis Oxon' prefatum M. peremptorie fuisse vocatum quod dictis die viij° iuridico & loco compareret in dicta causa, auditurus sentenciam si liqueret, eundem que diem prefatis religiosis similiter ad huiusmodi sentenciam audiendam fuisse prefixum appareret per proxima retroacta, dictus religiosorum Procurator, nomine dominorum suorum, libellum declarando seu interpretando proposuit, quod cum plura assarta sint in Foresta que vocatur Stawod, ipse & domini sui intellexerunt & intelligunt in libello suo de assarto in quo nunc est molendinum. Dictus eciam Procurator M. prefati, per nos in presencia partis aduerse interrogatus in iudicio, confitebatur expresse dictos religiosos fuisse in possessione vel quasi iure percipiendi huiusmodi decimas de quibus fit mencio in libello eorum in prefato porrecto, & cum essent in possessione vel quasi percipiendi huiusmodi decimas per prefatum M. huiusmodi possessione vel quasi fuisse spoliatos vel quasi, ipsum que M. huiusmodi spoliacionem vel quasi per suos & suo nomine factam ratam habuisse & acceptam. Tandem, recitato libello & litis contestacione, attestacionibus dictorum religiosorum et eorum posicionibus ac responsionibus factis ad easdem, ac alijs per que instruebatur predicta causa, quia partes nichil cur non ad sentenciam deberemus procedere proponebant, set sentenciam per nos ferri instanter et expresse petebant, ad sentenciam diffinitiuam processimus in hunc modum. Nos igitur, auditis meritis dicte cause mote inter partes predictas ac plenius intellectis, quia nobis constat per confessionem dicti M. & Procuratoris sui & attestaciones testium religiosorum dictorum, cum ijdem religiosi essent in possessione vel quasi iure percipiendi decimas garbarum proueniencium de assarto suo infra limites parochie seu Capelle de Hedindon' in Foresta que vocatur Stawod, dictum M. decimas garbarum proueniencium de dicto assarto per suos violenter occupasse seu inuasisse, eosdem religiosos sua possessione vel quasi percipiendi dictas decimas spoliando vel quasi,

& huiusmodi spoliacionem vel inuasionem suo nomine factam ratam habuisse & acceptam, & eorundem religiosorum, qui prefatam Eccl. seu Capellam de H. in proprios vsus canonice habent & habuerunt a longis retroactis temporibus, prout iudicialiter constat nobis, intencionem sufficienter esse probatam, eosdem religiosos seu eorum Mon. ad dictam suam possessionem vel quasi ius percipiendi decimas garbarum prouenienciumde dicto assarto, in quo nunc situm est molendinum, restituendos fore pronunciamus & decernimus, ipsos que in persona Procuratoris sui sentencialiter restituimus et reducimus ad pristinum statum percipiendi decimas supradictas, dictum que M., vt pro tempore quo dictas decimas percepit seu inuasit prefatis religiosis si extunc restituat, alioquin earum estimacionem si non extentas plenarie soluat seu eo nomine satisfaciat, sentencialiter condempnamus, nobis condempnacionem expensarum reseruantes expresse.

734.

O. C. No. 104.

[The Dean of Arches to the Archdeacon of Worcester. Writ directing him to transmit the record of all proceedings before him in the cause of the Prior and Convent of St. Frideswide v. Michael of Northampton respecting tithes now transferred to the Court of Canterbury.]

1276. [Nov. 27.] Decanus Eccl. B. Marie Arcubus London', officialis Curie Cantuariensis Commissarius, venerabili viro Archidiacono Wigorn' in salutis Auctore Salutem. Cum causa super quibusdam decimis nuper mota coram vobis auctoritate sedis apostolice inter Pr. & Con. S. Frideswid de Oxon', actores, ex vna parte, & Michaelem de Northampton', qui se dicit Rectorem Eccl. de Beckelee, reum, ex altera, per concensum parcium earundem ad Curiam Cantuariensem sit legitime deuoluta, mandamus vobis quatinus processum coram vobis habitum in causa supradicta nobis citra diem tercium iuridicum post festum S. Lucie Virginis [December 16] sub sigillo vestro plenarie transmittatis inclusum. Dat. London die Veneris proxima post festum S. Katerine Virginis. A. G. M°CC°LXXVJ°.

735.

O. C. No. 105.

[Certificate of citation and denunciation served on the aforesaid Michael of Northampton for not appearing to answer charge of spoliation of tithes.]

REUERENDE discrecionis viro D. de Trillawe [?] D[ecano] Xpianitatis Oxon' Salutem in Domino. Mandatum vestrum recepi in hec uerba :— 1277. [Sept. 3.]

... de ... Cant. Commissar[ius] discreto viro Decano Xpianitatis Oxon' Salutem in sa[lutis Auctore] ... dominum Michaelem de North[ampton], qui se dicit Rectorem Eccl. de Beckelee, quod . . . nobis uel alio loco nostro . . . rogando in Eccl. B. Marie predicte, per se uel per Procuratorem sufficienter instructum, tercio die iuridico post Octabas S. Michaelis ad respondendum plene posicionibus quibus non est responsum in causa spoliacionis decimarum mota inter religiosos viros Pr. & Con. S. F. de Oxon', actores, ex parte vna, et prefatum M., reum, ex altera, ex parte eorundem religiosorum nuper traditis parti ipsius M. denunciantes eidem M. quod dictis die & loco coram nobis intersit recepcionem testium quos prefati Pr. & Con. dicto tercio die iuridico in predicta causa duxerint producendos. Si uero dictus Michael non possit inueniri, huiusmodi citationis denunciacionis edictum apud Eccl. de Beckelee pupplice proponi faciatis. Qualiter autem mandatum nostrum fueritis executi nobis per litteras vestras patentes harum seriem continentes ad dictum diem congruis loco & tempore constare faciatis. Dat. London die lune proxima post festum S. Petri quod dicitur ad uincula A. D. M°CC°LXX°vij. 1277. [Aug. 2.]

Quod quidem mandatum vestrum diligenter sum executus sub hac forma, viz. quia persona dicti M. inueniri non potuit, citacionis & denunciacionis edictum apud Eccl. de Beckelee pupplice feci proponi. In cuius rei testimonium sigillum Decanatus Xpianitatis Oxon' huic certificatorio apposui. Dat. Oxon' die Veneris proxima post festum S. Egidij . . . llas A. D. ut supra.

736.

O. C. No. 106.

[Another document in similar terms to the foregoing.]

[REUERENDE] discrecionis viro Decano Eccl. B. Marie [de Arcubus London. Salutem in salutis Auctore.] Mandatum vestrum recepi [in hec uerba] :— 1277. [Nov. 25]

1277. . . . discreto viro . . . Decano Christianitatis Oxon'. . . dominum Michaelem de Northamton', qui se gerit pro Rectore [Eccl. de Beckelee,] . . . predicto sexto die iuridico post festum S. Andree Apostoli . . . [ad] respondend[um] plene posicionibus omnibus & singulis quibus non est responsum [in causa spoliacionis decimarum mota inter] Pr. & Con. S. F. de Oxon', actores, ex vna parte, [& prefatum M.,] reum, [ex altera,] . . . ipsius traditis Michaelis, denunciantes eidem M. quod dictis die [& loco coram nobis] intersit [recepcionem testium quos prefati Pr. & Con.] ipso die in predicta causa duxerint producendos. Si vero dictus Michael [non possit inueniri,] edictum in Eccl. de Beckeleya pupplice proponi faciatis. Qualiter autem [mandatum nostrum fueritis executi nobis per litteras vestras patentes harum] seriem continentes ad dictum diem congruis loco & tempore constare faciatis. Dat. London. die Lune proxima . . . M°CC°LXX°vij.

Quod quidem mandatum vestrum diligenter sum executus in hunc modum, viz. quia [persona dicti M. inveniri non] potuit, citacionis et denunciacionis edicta in Ecclesia de Beckeleya pupplice feci proponi. In cuius rei testimonium [sigillum Decanatus Xpianitatis Oxon'] huic certificatorio apposui. Dat. Oxon' die S. Katerine virginis A.D. ut supra.

737.

A. p. 85, b.

[Proceedings before the Official of Lincoln respecting the same. Judgement for the Prior and Convent of St. Frideswide.]

1303. [Dec. 11.] *Alius eciam processus & sentencia diffinitiua per Officialem Linc' lata de decimis assarti supradicti.*

Acta in Eccl. S. Sepulcri Norhampton' die Mercurij proximo post festum S. Nicholai Episcopi [December 5], a die Martis proxime precedente continuato et prorogato, A.D. M°CCC°iij° coram nobis Officiali Linc', in causa super decima garbarum cuiusdam campi infra fines seu limites parochie seu Capelle de Hedindon' existentis, ac super decima fructuum seu prouentuum prouenienciam de quodam molendino ad ventum in eodem campo situato, que vertebatur inter Pr. & Con. S. F. Oxon', Eccl. seu Capellam de H. antedictam in proprios vsus optinentes, actores, per Robertum de Lailthethorp, substitutum magistri Willelmi de Kendal Procuratoris eorundem principalis, comparentes, ex parte vna, & dominum Iacobum de Kirkham, Rectorem Eccl. de Bekle, reum, per Ricardum de Burton' Procuratorem suum comparentem, ex altera, viz. cum constaret nobis pro retroactis dictos diem Martis & locum partibus antedictis fuisse prefixos ad audiendam

sentenciam diffinitiuam in dicta causa si liqueret, recitato coram nobis processu in dicta causa habito inter partes memoratas, disputato que aliquantulum super eo inter easdem partes, tandem Procurator partis ree predicte de contentis in libello dictorum religiosorum iudicialiter fatebatur, vnde nos Officialis Linc' supradictus, tam probaciones partis actricis predicte quam probaciones partis ree sequentes, ad finandum processimus in hunc modum :—

In Dei nomine. Amen. Cum religiosi viri Pr. & Con. S. F. Oxon', Eccl. seu Capellam de H. in proprios vsus obtinentes, dominum Henricum de Oxon', quondam Rectorem Eccl. de Bekkele, super decima garbarum cuiusdam campi qui vocatur assartum, in quo situatum est molendinum ad ventum, infra fines seu limites Eccl. seu Capelle de H. existentis, ac super decima fructuum seu prouentuum de dicto molendino proueniencium, coram nobis Officiali Linc' traxissent in causam porrecto a parte dictorum religiosorum parti dicti H. libellum sub hac forma :—

In Dei nomine. Amen. Dicit & in iure proponit coram vobis, domine Iudex, Procurator religiosorum virorum Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon', nomine eorum et Mon. eorundem antedicti, contra H. dictum de Oxon', qui se dicit Rectorem Eccl. de Beckele, & contra quemlibet in iudicio pro eodem legitime interuenientem, quod licet ad Eccl. seu Capellam de H., quam dicti religiosi cum suis iuribus et pert. vniuersis in proprios vsus canonice fuerint assecuti, omnes decime eiusdem parochie de iure communi pertineant & pertinere debeant pleno iure, prefatus tamen H. decimas cuiusdam campi qui vocatur assartum, in quo situatum est molendinum ad ventum, et decimas eiusdem molendini infra limites parochie, Eccl. seu Capelle de H. antedicte existencium prouenientes minus iuste de facto percepit, & hactenus per aliquod tempus contra iuris communis obseruanciam percipere vsurpauit, eosdem religiosos, nomine Eccl. sue seu Capelle de H. antedicte, quominus prefatas decimas percipiant & habeant pacifice & quiete indebite impediendo, & super iure dictarum decimarum molestando, inquietando pariter & turbando, quanquam idem H. seu Eccl. sua de Beckele nullum ius habeat in premissis, in dictorum religiosorum & eorum Mon. antedicti preiudicium non modicum & grauamen, quare petit Procurator antedictus, nomine dominorum suorum & eorum Mon. S. F. antedicti, probatis in hac parte probandis, seu per viam notorij vel alia via iuris quacunque detectis, prefatas decimas ad Eccl. seu Capellam de H. & ad dominos suos, necnon ad Mon. eorum predictum, ipsius Eccl. seu Capelle de H. racione, pertinere debere, eisdem que easdem percipere pacifice & quiete licere, absque contradiccione dicti H. seu cuiuscunque alterius, dicte Eccl. de Beckele Rectoris, per vos,

domine Iudex, sentencialiter & diffinitiue pronunciari eisdem adiudicari easdem, & eundem H. vt a premissarum decimarum occupacione & percepcione illicita de cetero omnino desistat, et de perceptis decimis, quas estimat ad x marcas argenti, dominis suis satisfaciat eas que ipsis persoluat, per vestram sentenciam diffinitiuam condempnari & condempnatum persoluendum compelli, necnon H. eidem super percepcione, impedimento, molestacione, inquietacione & perturbacione premissis perpetuum silencium imponi, & a premissis penitus coherceri eundem, eis que in omnibus supradictis iusticie complementum exhiberi protestatur, eciam de expensis factis & faciendis in lite pro loco & tempore opportunis petendis.

Premissa proponit dictus Procurator, nomine quo supra, coniunctim seu diuisim, non artans se nec dominos suos supradictos ad probacionem omnium predictorum, nec in ea forma qua proponuntur, set eatenus optineat in premissis quatinus de hijs constare poterit, in forma iam dicta vel alia competenciori, iuris beneficio addendi, mutandi, minuendi & quocunque alio iuris remedio sibi & dominis suis semper saluo. [Factis][1] que a parte rea predicta ad libellum antedictum litteris contestacione negatiue, dicendo narrata prout narrantur in eodem vera non esse, et ideo petita prout petuntur fieri non debere, prestitis que ab eisdem partibus in dicta causa de calumpnia et de veritate dicenda iuramentis, traditis insuper a dicta parte actrice dicte parti ree quibusdam posicionibus, & responsione facta ad easdem, eadem pars actrix quosdam testes ad suam intencionem fundandam produxit, quibus in forma iuris admissis & examinatis, & eorum attestacionibus puplicatis, & demum die dato ad proponenda omnia in facto consistencia, pars actrix quedam instrumenta in subsidium probacionis sue exhibuit, ac pars rea quandam excepcionem prescripcionis proposuit, & deinde, die dato eidem parti ree ad probandam excepcionem antedictam, cum que postmodum dominus Iacobus de Berkhamstede ad dictam Eccl. fuisset presentatus & in eadem institutus, ijdem religiosi processum in dicta causa coram nobis habitum contra eundem I. continuarunt, deinde resumpto processu cum dicto domino I. in statu in quo fuit in termino ad proponenda omnia in facto consistencia, proposita a parte dicti I. vnica excepcione & ea sub modo admissa, ac die dato eidem parti ree ad probandam eandem, eadem pars rea probacionem excepcionis sue antedicte renunciauit & de petitis in libello dictorum religiosorum de plano & expresse fatebatur, propter quod excluso ab eisdem partibus, in dicta causa ad finandum decreuimus fore procedendum.

Nos igitur Officialis Lincoln' supradictus, super processu in dicta

[1] Facta MS.

causa habito nobiscum, & cum peritis deliberacione prehabita sufficienti, probaciones a parte dictorum religiosorum factas sequentes, decimas fructuum de dicto campo qui vocatur assartum, necnon prouentuum de molendino in eodem campo situato, prouenientes ad Eccl. seu Capellam de H. & prefatos religiosos ac eorum Mon., ipsius Eccl. seu Capelle nomine, pertinere debere sentencialiter & diffinitiue pronunciando declaramus, & eisdem religiosis adiudicamus easdem, ac eciam Rectori de Beckeley qui nunc est, & cuicunque successori suo quo ad percepcionem dictarum decimarum & perturbacionem seu molestacionem dictorum religiosorum in percepcione earundem perpetuum silencium imponimus, ipsum I. in expensis in dicta causa pro tempore suo rite & legitime factis, necnon & in subtractis per eundem, quatenus de eisdem liqueret in processu, quarum taxacionem nobis reseruamus, condempnantes, condempnacionem expensarum & subtractarum faciendam contra dictum H. nobis reseruando.

A. p. 87, b.

[Note appended to preceding Charter.]

Notandum quod plures alij processus prolixi sunt de decimis assarti supradicti, tam in Curia de Arcubus quam in Consistorio Lincoln', inde habiti, quorum tenor remanet in diuersis rotulis in quodam cophino super quem Beckele notatur repositis.

GARSINGTON [1].

738.

A. p. 89.

[Stephen to Robert de Oilli. Writ directing him to allow the Canons of St. Frideswide to have tithe of lambs and cheese in his demesne of Garsington.]

Memorandum quod Henricus, pater Matildis Imperatricis, dedit Eccl. S. F. decimas de toto dominio de G., vt patet in carta euiusdem, que reperietur supra inter confirmaciones Regum et Pontificum, & supra in fundacione Eccl. supradicte [2].

Et sequitur prima carta domini Regis pro decimis ibidem habendis. [c. 1142.]

Stephanus Rex Angl[orum] Roberto de Oilli Salutem. Precipio tibi quod habere facias Can. S. F. Oxon' decimam agnorum &

[1] Usually written in the text Gersyngdon'; five miles S. E. of Oxford. [2] No. 5.

caseorum de dominio meo de G., ita bene & plenarie sicut melius habuerunt tempore Regis H., & die quo fuit viuus & mortuus, nominatim dico ego decimam de hoc anno & de anno preterito. Teste, Cancellario apud Oxon'.

739.

A. p. 89.

[Before Papal Commissioners. Prior and Convent of St. Frideswide v. J. Rector of Garsington *re* certain tithes. Judgement for plaintiffs.]

[c. 1213.] *Quedam sentencia lata auctoritate apostolica pro decimis de Kyngeshulle de dominico H. de Tonnay in G.*

Vniu. Xpi fid... [&c.] S. & R., de Norton' & de Berrencestr' Priores, & G. Decanus de Icceslap' Salutem in vero Salutari. Mandatum domini Pape Suscepimus in hec verba:—

[1212. April 25.] Innocencius Episcopus ... [&c.] dilectis filijs de Norton' et de Berrencestr' [Prioribus] & Decano de Icceslap', Lincoln' diocesis, Salutem ... [&c.]. Ex parte Pr. &. Con. de S. F. nobis est oblata querela quod I., Rector Eccl. de G., Linc' diocesis, ipsos super quibusdam decimis de dominico Baldowyni de Tonnay in villa de G., que ad Eccl. eorundem iure spectare noscitur, aggrauat et molestat, in alijs rebus [iniuriosus][1] existens. Quo circa discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus conuocatis, audiatis causam et quod canonicum fuerit, appellacione postposita, statuatis, facientes quod statueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint vocati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, ij vestrum [ea] nichilominus exequantur. Dat. Laterano vij Kal. Maij. Pontificatus nostri anno xv°.

Huius igitur auctoritate mandati, partibus conuocatis et in presencia nostra constitutis, allegaciones vtriusque partis diligenter audiuimus & testes examinauimus. Et cum super attestacionibus puplicatis sufficienter hinc inde fuisset disputatum, possessionem decimarum de Kyngeshull' de dominico H. de Tonnay in G., de consilio virorum prudentum, Priori & Con. S. F. adiudicauimus, prohibentes sub interminacione anathematis ne quis contra hanc sentenciam nostram temere venire presumat. Et vt hec nostra sentencia... [sealing clause]. Hijs

[1] iniuriosis MS.

Testibus, magistro Radulpho f. Beatricis, magistro Martino, magistro Stephano de Stanes, Godardo, Willelmo de Capella Regis & multis alijs.

740.

A. p. 89, b.

[Before the Official of the Archdeacon of Oxford. The Prior and Convent of St. Frideswide v. Hugh of Moreton, Rector of Garsington. Suit for recovery of an annual payment of 40*s*. issuing from the Rectory. Judgement for plaintiffs.]

Quidam processus contra Rectores Eccl. ibidem de annua pensione XL*s*. *soluenda Eccl. S. F., coram Willelmo de Aldebury Officiali Archidiaconi Oxon'.* [134$\frac{6}{7}$.] Jan. 18.

In Dei nomine. Amen. Cum causa annue pensionis xl*s*. ab Eccl. de G., Linc' diocesis, et ipsius Eccl. Rectoribus qui pro tempore fuerant religiosis viris Pr. & Con. S. F. Oxon', dicte Linc' diocesis, et ipsorum Prioratui ab antiquo, vt pretenditur, debite coram nobis Willelmo de Aldebury, Rectore Eccl. de Iccumbe[1], domini Archidiaconi Oxon' Officiali, auctoritate ordinaria de consuetudine legitime prescripta in hac parte cognoscente, fuisset introducta, proposito per Procuratorem dictorum religiosorum, cuius procuratorij tenor talis est[2]:—

Pateat vniuersis per presentes quod nos Pr. S. Frideswyde et eiusdem loci Con. in omnibus causis & negocijs nos & Prioratum nostrum qualitercunque contingentibus, coram quibuscunque Iudicibus, Ordinarijs, Delegatis vel eorum Commissarijs, quibuscunque diebus & locis, quociens nos abesse vel adesse [contigerit][3], dilectum nobis in Xpo Iohannem Eten' de Watele, Clericum, Procuratorem nostrum ordinamus, facimus & constituimus verum & legitimum per presentes. Dantes eidem Procuratori nostro potestatem generalem et mandatum speciale, nomine nostro & Prioratus predicti, agendi, defendendi, excipiendi, replicandi, ponendi, posicionibus & interrogacionibus respondendi, crimina & defectus obijciendi ac obiectis respondendi, iuramentum que tam de calumpnia quam de veritate dicenda ac omne aliud genus liciti sacramenti in animas nostras prestandi, prouocandi, appellandi, prouocacionum & appellacionum causas prosequendi, status nostri reformacionem et in integrum restitucionis beneficium dampnorum expensarum, & interesse cuilibet estimacioni petendi & recipiendi, alium que Procuratorem loco suo substituendi, & substitutum seu substituendum ab officio reuocandi, ac in se Procuratoris officium [1346. July 26.]

[1] High Wycombe, Bucks. [2] The construction here is peculiar, the clause being continued after the recital of the deed. [3] contingerit MS.

reassumendi, quociens et quum sibi videbitur expedire, necnon omnia alia & singula faciendi, exercendi & expediendi que circa premissa, vel aliquod premissorum, necessaria fuerint vel opportuna, eciam & si mandatum exigant speciale. Pro eodem vero Procuratore nostro, & [quolibet][1] eius substituto seu substituendo ab eodem, rem ratam haberi et iudicatum solui sub ypoteca rerum nostrarum cauciones promittimus pariter & exponimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. Oxon' in domo nostra Capitulari vij Kal. Augusti.

contra partem dicti Rectoris libello hunc tenorem continente, coram vobis domini Archidiaconi Oxon' Officiali vestro ve Commissario quocunque dicit & in iure proponit Procurator religiosorum virorum Pr. & Con. Prioratus S. F. Oxon', Linc' diocesis, nomine procuratorio pro eisdem, contra magistrum Hugonem de Morton', Rectorem Eccl. de G., dicte Linc' diocesis, ac contra quemcunque alium legitime in iudicio interuenientem pro eodem, quod licet ijdem religiosi, Pr. & Con. S. F. Oxon' predicti, nomine suo et dicti sui Prioratus, fuissent in possessione vel quasi iure percipiendi annuam pensionem xl*s*. ab Eccl. de G. predicta et ipsius Eccl. Rectoribus, qui pro tempore fuerant, a tempore et per tempus cuius contrarij memoria non existit, adeo quod ius percipiendi huiusmodi annuam pensionem xl*s*. predictorum ex prescripcione huiusmodi legitime adquisiuissent eisdem, dictam que annuam pensionem per se & suos vsque ad tempus infra scripte spoliacionis percepissent & possedissent pacifice & quiete per totum tempus supradictum, magister tamen H., Rector Eccl. de G. predicte, dictam annuam pensionem pro terminis Pasche & S. Michaelis Archangeli proxime preteritis subtraxit et eam soluere recusauit, congrue super hoc requisitus, dictos religiosos Pr. & Can. S. F. Oxon' et ipsorum Prioratum predictum possessione sua huiusmodi contra iusticiam nequiter spoliando, spoliare mandando, seu spoliacionem huiusmodi nomine suo factam ratam habendo pariter & acceptam, in ipsorum religiosorum preiudicium non modicum & grauamen, quare petit Procurator dictorum religiosorum, nomine procuratorio pro eisdem, ius percipiendi annuam pensionem xl*s*. predictam ad dictos religiosos & ipsorum Prioratum predictum pertinere et de iure pertinere debere sentencialiter & diffinitiue pronunciari et declarari, ipsos que religiosos ad statum percipiendi annuam pensionem predictam reducendos fore decerni, et cum effectu restitui & reduci, dictum que Rectorem in prefatis xl*s*. per ipsum, vt premittitur, de dicta pensione annua subtractis, condempnari et condempnatum ad solucionem compelli, vlterius que fieri statui & decerni in premissis & ea tangentibus

[1] quelibet MS.

quod iuris fuerit & racionis. Premissa proponit et petit Procurator dictorum religiosorum, nomine quo supra, diuisim seu coniunctim, prout melius sibi videbitur expedire, iuris beneficio addendi, minuendi et corrigendi in omnibus semper sibi saluo. Dicto que libello per Procuratorem dicti Rectoris, cuius procuratorij tenor talis est[1]:—

[Here follows the deed, by which Hugh of Moreton, Rector of Garsington, appoints Richard of Bloxham Clerk to be his Proctor, and which is almost word for word identical with that by which the Prior and Convent appointed theirs. It concludes] In cuius rei testimonium, quia sigillum meum pluribus est incognitum, sigillum Decanatus de Cudesdon' hijs apponi procuraui. Et ego Decanus de Cudesdon' sigillum officij mei, viz. Decanatus eiusdem, presentibus apposui rogatus. Dat. apud Gersindon' viij Kal. Augusti A.D. M°CCC°XLVJ°. 1346. [July 25.]

recepto & admisso, lite que ad huiusmodi libellum per Procuratorem dicti Rectoris negatiue contestata, sic dicendo, narrata prout narrantur in dicto libello vera non esse, & ideo petita prout petuntur in eodem fieri non debere, partibus que hinc inde de calumpnia & de veritate dicenda iuratis, productis que per partem dictorum Pr. & Con. testibus quam pluribus in hac parte, & ipsis in forma iuris admissis et iuratis & diligenter examinatis, ipsorum que testium attestacionibus puplicatis, dato que parti dicti Rectoris termino competenti ad dicendum contra testes & eorum dicta, nichil que termino huiusmodi pro parte Rectoris contra dictos testes seu eorum dicta aliqualiter dicto seu proposito, ac subsequenter termino congruo et sufficienti ad proponenda omnia in facto consistencia, tam parti dictorum Pr. & Con. quam parti dicti Rectoris, per nos in dicta causa prefixo & assignato, nichil que omnino per aliquem parcium predictarum in dicta causa quod in facto constat termino huiusmodi dicto, proposito seu allegato, set in ipsa causa per nos legitime concluso, dato que alio termino competenti & successiuo dictis partibus ad audiendam sentenciam diffinitiuam in causa memorata, Nos Officialis predictus, Spiritus Sancti gracia inuocata, de consensu iuris peritorum nobis assidencium, ad sentencie diffinitiue perlacionem procedimus in hunc modum:—

Quia constat nobis Pr. & Con. Prioratus S. F. Oxon' predictos ipsorum intencionem in dicto eorum libello introductam in omnibus sufficienter fundasse et [probasse][2], plenum ius percipiendi dictam annuam pensionem xls. ab Eccl. de G. predicta & ipsius Eccl. Rectoribus qui pro tempore fuerint ad dictos Pr. & Con. S. F. Oxon' & ipsorum Prioratum predictum pertinere et de iure pertinere debere

[1] See note 1, p. 51. [2] et ad MS.

sentencialiter & diffinitiue pronunciamus & declaramus in hijs scriptis, ipsos que religiosos ad statum debitum percipiendi annuam pensionem xls. predictam reducendos fore decernimus, ac restituimus et reducimus per decretum, dictum que magistrum H., Rectorem Eccl. de G. predictum, in xls. argenti, pro terminis Pasche & S. Michaelis Archangeli proxime preteritis, per ipsum Rectorem de dicta annua pensione subtractis, dictis Pr. & Con. S. F. Oxon' soluendis condempnamus, taxacionem et condempnacionem expensarum in dicta lite pro parte ipsorum religiosorum factarum nobis specialiter et expresse reseruantes. Et in premissorum omnium testimonium hunc nostrum presentem processum & sentenciam diffinitiuam predictam sigilli nostri appensione ac signi magistri Ricardi de Cressale, puplici auctoritate apostolica Notarij, apposicione fecimus communiri. Acta et data sunt hec in Eccl. S. Egidij Oxon' xviij° die mensis Ianuarij, A.D. M°CCC°XLVJ°, Indiccione xv^a^, Pontificatus sanctissimi in Xpo patris et domini nostri domini Clementis diuina prouidencia Pape vj^ti^ A° v^to^, presentibus Iohanne de Berkhamstede Clerico, Ricardo dicto Grey de Linford, Hugone de Rollandrit, Linc' diocesis, & alijs testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

741.

A. p. 91, b.

[Certificate to the foregoing record under the hand of Richard de Crissale, Notary public.]

[1347.] *Subscripcio Notarij de acta & processu superdictis.*

Et Ego Ricardus de Crissale, Clericus, London' diocesis, puplicus auctoritate apostolica Notarius, dictorum Procuratorum composicionem, libelli proposicionem, contestacionem iuramenti de calumpnia & de veritate dicenda, prestacionem testium predictorum, produccionem, admissionem et eorundem examinacionem ac testacionem dictorum testium, puplicacionem terminorum que ad dicendum contra testes predictos & eorum dicta, [et] ad proponenda omnia in facto consistencia, nec non ad audiendam sentenciam diffinitiuam, dacionem & assignacionem et eiusdem sentencie diffinitiue prolacionem, A°, mense, die, Indiccione pontifico & loco predictis, dum & sic, vt premittitur, recitarentur, vna cum prefatis testibus, presens interfui, ea que sic fieri vidi et audiui, & in hanc puplicam formam redegi, ac manu mea scripsi, & signum meum consuetum presentibus apposui, rogatus in fidem & testimonium premissorum.

742.

A. p. 92.

[Final judgement in the same matter in favour of the Prior and Convent of St. Frideswide by Simon Archbishop of Canterbury.]

Sentencia diffinitiua lata per dominum Simonem[1] *Archiepiscopum Cantuar' super pensione, predicta* xls. 1359. May 4.

S. Matris Eccl. fil. vniuersis, & omnibus & singulis quos infrascriptum tangit negocium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, Simon, permissione diuina Cant' Archiepiscopus, tocius Anglie Primas & apostolice sedis legatus, Salutem in Xpo et presentibus nostris litteris seu huic puplico instrumento fidem indubiam adhibere, vt neminem latere valeat tenore presencium. In puplicam deducimus noticiam quod dudum Frater Nicolaus de Hungerford, Pr. Mon. S. F. Oxon', pro se & Con. ac Mon. suo, & magister Stephanus de G., Rector Eccl. de G., Linc' diocesis, pro se & Eccl. sua, coram nobis ad exequendam sentenciam in possessorio iudicio decimarum prouenienciium de dominio Iohannis de Louches, olim Iohannis de la Mare, in G. predicta, in Romana Curia pro dicto Rectore & contra dictos religiosos latam, executore legitime deputato, personaliter eciam comparentes, considerantes vt dicebant litium euentum dubium, alia que pericula grauia & varia que occasione dissensionis huiusmodi verisimiliter metuebant, alijs que certis de causis & legitimis moti, [vt] dicebant, propter bonum pacis & [euitacionem][2] scandalorum, in nos executorem huiusmodi, et, vt premittitur, tanquam in iudicem, arbitrum, arbitratorem, amicabilem compositorem seu compromissarium se submiserant, sub forma per nos inferius annotata, pure, sponte, simpliciter et absolute, iuramento corporali hinc inde prestito, & renunciacione facta de quibus inferius facimus mencionem, nos que in dicto negocio, iuxta formam nobis traditam legitime procedentes, ad sentenciam, arbitrium, laudum, pronunciacionem seu ordinacionem finaliter processimus in hunc modum:—

In Dei nomine. Amen. Cum nuper inter religiosos viros Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon', Linc' diocesis, ex parte vna, et magistrum S. de G., Rectorem Eccl. de G., eiusdem diocesis, ex altera, super iure & possessione iuris vel quasi percipiendi decimas de terris & locis nunc de dominio I. de L., olim I. de la M., in G. predicta existentibus prouenientes fuisset exorta materia questionis, tandem causa huius-

[1] Simon Islip, cons. Dec. 20, 1349, d. April 26, 1366. [2] euentacionem MS.

modi ad Curiam Romanam deuoluta per partem dicti Rectoris contra dictos religiosos viros, sentencia in possessorio iudicio terminata fuisset, execucio eiusdem sentencie nobis S., permissione diuina [Cantuar'] Archiepiscopo . . . [&c.], specialiter demandata fuisset, que, execucione huiusmodi coram nobis pendente, ad grauia scandala & animarum pericula occasione huiusmodi execucionis faciende hinc inde process[erit], tandem, amicis communibus mediantibus, partes predicte, sufficienter coram nobis comparentes, volentes ab omni litis, contencionis et dissencionis materia decedere, tam super iure et possessione dictarum decimarum quam fructibus et expensis in quibus dicti religiósi in Romana Curia parti dicti Rectoris fuerant condempnati, & omnibus alijs iniurijs atque dampnis hinc inde illatis, & omnibus ea qualitercunque concernentibus, in nos S. Archiepiscopum predictum, propter bonum pacis et euitacionem scandalorum, tanquam arbitrum . . . [&c.], compromiserunt, et pure, sponte, simpliciter & absolute consenserunt, ac eciam submiserunt, ita quod, suspensa omni execucione predicte sentencie, ante omnia super iure percipiendi huiusmodi decimas, quantum que via iuris nobis placuisset, efficaciter amputatis dilacionibus legalibus, summarie et de plano sine strepitu et figura iudicij procederemus, ac insuper quod nobis liceret in causa predicta seu negocio, quas partes voluerimus assumere, et in quacunque parte expedicionis causa seu negocij ab vna via ad [aliam][1] transire, et ad intermissam viam redire, quociens et prout nobis opus visum fuerit faciendum, vsque ad finalem expedicionem huiusmodi, tam per sentenciam diffinitiuam quam arbitralem, laudum seu ordinacionem pro nostra eleccione, partibus ipsis absentibus vel presentibus, insimul vel diuisim, eligendum [seu][2] prosequendum, et vt submissionis huiusmodi negocium firmius & plenius procederet, dicte partes renunciarunt coram nobis expresse quibuscunque litibus vbicunque, eciam in Romana Curia pendentibus, appellacionibus, querelis & alijs iuris communis vel specialis remedijs, per que negocium ipsum posset impediri quomodolibet vel differri, iurarunt que, tactis sacrosanctis corporaliter, de emolongando & firmiter obseruando sentenciam, arbitrium, laudum, diffinicionem seu ordinacionem nostram super premissis & ea contingentibus qualitercunque faciendis seu proferendis, datis que postmodum ex vtraque parte peticionibus mutuis, certis die & loco eisdem partibus ad hoc assignatis, quarum tenores tales sunt :—

In Dei nomine. Amen. Coram vobis reuerendo in Xpo patre & domino domino S., D. G. Cantuar' Archiepiscopo . . . [&c.], ac inter partes infrascriptas in causa seu causis cuiusdam porcionis decimarum,

[1] alium MS. [2] se ib.

de qua infra dicetur, que inter partes infrascriptas vertitur seu verti speratur, arbitro . . . [&c.] inter easdem partes, earundem vnanimi assensu et consensu electo admisso et approbato, Procurator & procuratorio nomine venerabilis viri Fratris N. de H., Pr. Mon. siue Prioratus S. F. Oxon', Ordinis S. Augustini, Linc' diocesis, et eiusdem loci Con. ac Mon. siue Prioratus predicti, contra dominum S. de G., dicentem se Rectorem Eccl. parochialis de G., dicte Linc' diocesis, & contra quemcunque legitime interuenientem seu interuenientes pro eodem, et contra omnes quorum interest vel intererit, communiter vel diuisim, nomine procuratorio Pr. & Con. ac Mon. siue Prioratus predictorum, in iure libellando siue per modum peticionis summarie proponit et dicit quod licet dicto Pr. domino suo fuerit et sit canonice prouisum de dicto Prioratu siue Mon., cum omnibus suis iuribus & pert. vniuersis, ipsum que Mon. & eius possessionem, iura & pert. ipsius fuerat assecutus, fructus, redditus & prouentus eiusdem integre, pacifice & quiete per tempora non modica percipiendo, fuerunt que eciam predecessores et precessores dicti N. dicti Mon. Pr. temporibus suis a xl. [l.][1] lx. annis, vltra & citra, & a tempore et per tempus cuius contrarij siue principij memoria hominum non existit, bona fide & iusto titulo successiue, per se & suos firmarios et alios, in possessione iuris percipiendi vel quasi ac colligendi & leuandi omnes et omnimodas decimas, tam prediales quam personales, qualitercunque prouenientes infra fines & limites tocius dominij de G., quod est in Decanatu de Codesdon', Linc' diocesis, & eciam de eisdem decimis libere exponendi, quod quidem dominium adiacet siue comitat, in terris, limitibus & bundis suis, pro parte cum parochiali Eccl. parochie de G., si parochia dici debeat, quod quidem dominium, siue porcio dominicalis, de presenti & a nonnullis temporibus & citra le Northefeld vulgariter nuncupatur, et alias dominium I. de L. vulgariter nuncupabatur et nuncupatur, & ab ipso I. de L., cum suis tam liberis quam in bundagio tenentibus omnibus & singulis ac alijs [iuribus][2], ab ipso I. de L. & suis progenitoribus, predecessoribus & precessoribus, per viam dotis siue donacionis propter nupcias, & alijs titulis quorum nomina et cognomina et processu et articulis clarius declarabantur, occupatur, possidetur siue detinetur palam & notorie, dictus que Frater N., a tempore prouisionis sibi facte de dicto Mon. siue Prioratu, pro tempore suo fuit in possessione iuris percipiendi vel quasi, per se et suos dicti Con. siue Prioratus firmarios, decimas & de eisdem, nomine ipsius & dictorum Mon. & Con., disponendi pacifice & quiete & toto tempore suo, salua sibi molestacione illata per nonnulla tempora per dictum S. super huiusmodi percepcione decimarum, qua molestacione

[1] x. MS. [2] ius ib.

durante et lite pendente in Romana Curia inter dictas partes super decimis dictis, ijdem Pr. et Con., sicut & continue prius vsque ad xxviij^um^ diem mensis Maij vltimo preteriti de anno presenti, fuerunt in possessione iuris percipiendi dictas decimas vel quasi [et] libere disponendi de eisdem, quo anno, die & mense dictus S., cui nullum ius vmquam compecijt, sicut nec competit, in dictis decimis nec ad ipsas, dictos Pr. & Con., existentes in possessione vel quasi percipiendi dictam porcionem decimarum et de ipsis libere disponendi nomine dicti Mon., vigore [cuiusdam][1] executorie iij diffinitiuarum sentenciarum obrepticiarum siue & subrepticiarum in Romana Curia optentarum et processuum inde secutorum, spoliauit vel spoliare mandauit et fecit, [et][2] spoliacionem huiusmodi, nomine suo [factam][3], ratam habuit & habet pariter et acceptam, ac cuiuscunque generis decimas omnimodas de toto dominio prouenientes a dicto die mensis Maij & citra percepit, leuauit et collegit ac disposuit, ac percipit, leuat et colligit per se & suos, et abduxit & abducit, occupauit et occupat temere & de facto, huiusmodi decimas detinuit et detinet occupatas, sine culpa dicti Pr. et Con. & contra ipsorum voluntatem, & sine iusta causa seu racionabili quacunque, quare petit dictus Procurator, nomine quo supra, per vos dominum Archiepiscopum et vestram sentenciam diffinitiuam, arbitrium siue laudum pronunciari, decerni et declarari porcionem dictarum decimarum de toto predicto dominio de G., & ipsas decimas omnimodas, tam prediales quam mixtas, de eodem toto dominio qualitercunque et vndecunque prouenientes, & ius percipiendi eas, et de ipsis decimis omnibus & singulis predictis libere disponendi ad dictos Pr. & Con., nomine Mon. siue Prioratus predicti, & ad ipsum Mon. siue Prioratum pertinuisse & spectasse & pertinere & spectare debere, ipsum que Mon. et Pr. & Con. predictos fuisse et fore et esse debere in possessione iuris vel quasi ipsas decimas leuandi, colligendi, percipiendi et de eisdem libere disponendi, et dictum S. a possessione, occupacione & detencione dictarum decimarum, et de eisdem quomodolibet disponendi amouendum fore et amotum realiter et cum effectu, dictum que Mon. Pr. & Con. predictos et me Procuratorem, eorum nomine, ad ius vel possessionem iuris vel quasi percipiendi dictas decimas et de eisdem libere disponendi restituendos fore, reinducendos & reintegrandos, ac eciam restitui & reintegrari realiter et cum effectu. Predicta omnia & singula, coniunctim et diuisim, dicit, proponit et probare intendit dictus Procurator, nomine quo supra, non artans se ad superfluam probacionem in premissis vel eorum aliquo, set quatenus probauerit in premissis, obtineat in petitis. Et

[1] cuiusdem MS. [2] se ib. [3] facta ib.

omnia eciam et singula premissa, coniunctim et diuisim, petit idem Procurator, nomine quo supra, omni iure, modo, forma & causa quibus melius potest, vestrum officium humiliter implorando, cum decimis, fructibus et prouentibus, a dicto S. perceptis et qui percipi potuerunt, et cum expensis factis et dampnis, et interesse protestatur de faciendis, iuris beneficio in omnibus semper saluo.

[1] Item in Dei nomine. Amen. Coram vobis reuerendo in Xpo patre & domino, domino S., D. G. Cantuar' Archiepiscopo . . . [&c.], ac inter partes subscriptas in causa [vel] [2] causis cuiusdam porcionis decimarum maiorum, nec non minorum siue mixtarum, de qua vel de quibus inferius plenius continetur, que inter partes subscriptas vertitur verti ve speratur, vertuntur verti ve sperantur, arbitro . . . [&c.] inter easdem partes de earum parcium vnanimi assensu et consensu electo, admisso ac eciam approbato, tam tacite quam expresse, pars viri reuerendi domini S. de G., Rectoris parochialis Eccl. de G., Linc' diocesis, contra N. de Hungerford, Pr. Mon. siue Prioratus S. F. Oxon', ordinis S. Augustini, dicte diocesis, se dicentem et eiusdem loci Con., necnon contra Mon. siue Prioratum eorundem pretensum predictum, et contra quemcunque alium coram vobis in hac parte legitime comparentem pro eisdem, aliquo ve eorundem libellando siue articulando, dicit, allegat, pariter & proponit quod tam de iure quam de consuetudine, diu ac eciam a x. xx. xxx. xl. l. lx. annis, vltra & citra, ac eciam a tempore et per tempus cuius contrarij memoria hominum non existit, bona fide et inconcusse, pacifice et quiete, obseruata et legitime prescripta, ius percipiendi et habendi omnes et omnimodas decimas, tam maiores quam minores siue mixtas, de quibuscunque campis, terris, locis, pascuis, pratis & pasturis, necnon de animalibus commorantibus, nutritis, cubantibus seu depascentibus in eisdem, infra fines, limites, decimaciones dicte Eccl. de G., siue loca decimabilia eiusdem, et presertim de quibuscunque terris, locis, campis, pratis, pascuis et pasturis dominij I. de L., et de parochia de G. predicta, [que] [3] est in Decanatu de C., dicte diocesis, necnon de molendinis in dicto dominico, & dicto I. de L., et suis tam liberis quam natiuis in bondagio tenentibus omnibus et singulis, ac alijs quibuscunque occupatis, possessis siue detentis quouismodo infra dictos fines et limites, decimaciones seu loca decimabilia parochie dicte Eccl. de G. notorie ab antiquo constitutos siue constitutum, quod quidem eciam dominicio siue porcio dominicalis le Northefeld vulgariter nuncupatur, & alias dominium I. de L. vulgariter nuncupabatur et nuncupatur, de quibus in libello dicti Fratris N. Pr. pretensi et eiusdem loci Con. coram vobis reuerendo patre proposito plenior fit mencio, nec non decimas

[1] Libellus pro parte Rectoris de G. marg. l. [2] ue MS. [3] quod ib.

minores siue mixtas quascunque de animalibus et nutrimentis predicti I. de L. et tenencium suorum liberorum et natiuorum quorumcunque, huiusmodi terras dominicas & loca eiusdem inhabitancium nutritis, cubantibus, depastis, commorantibus siue depascentibus in eisdem qualitercunque [prouenientes][1] ad prefatum dominum S. de G., Rectorem dicte Eccl. de G., precessores et predecessores suos, suis successiuis temporibus, qui pro tempore fuerunt Rectores Eccl. predicte, eiusdem Eccl. nomine, et nullatenus ad Fratrem N., Pr. dicti Mon. seu Prioratus se pretendentem, vel eius loci Con. pretensum predictum, vel ad ipsum Mon. siue Prioratum pertinuerunt, pertinent et in futurum debent pertinere, fuerunt que dictus dominus S., Rector Eccl. de G. antedicte, precessores et predecessores sui, dicte Eccl. Rectores, suo & dicte Eccl. sue nomine, ac ipsa Eccl. in possessione iuris vel quasi percipiendi & habendi solum & insolidum omnes et omnimodas decimas maiores, mixtas siue minores supradictas, et presertim dictam porcionem decimarum in & de terris & locis dicti dominij et de ipso dominico I. de L. in G. predicta quibuscunque, necnon decimas minores siue mixtas predictas quascunque qualitercunque prouenientes, ipsas que decimas canonice perceperunt et habuerunt, et de eisdem, dicte Eccl. sue nomine, libere disposuerunt a x. xx. xxx. xl. l. lx. annis predictis, & vltra et citra, ac eciam a tempore et per tempus supradictum notorie, pacifice & quiete, nisi quatenus per dictos Pr. & Con. alterum ve eorundem dictis decimis al[2] prefata Eccl. de G. et dominus, scilt. Rector antedictus, extiterunt de facto spoliati, super qua quidem spoliacione pars dicti domini S., Rectoris Eccl. predicte, in Curia Romana contra dictos religiosos in iudicio possessorio ac restitutorio iij sentencias diffinitiuas optinuit in forma iuris pro se ferri, quarum eciam sentenciarum execucionis vigore pars dicti domini S. huiusmodi decimas ac quibus libellatur pro tempore in dicto libello deducto pretenso, si quas percipit seu percepit, iuste & canonice percepit & percipit, prout potuit et de iure licuit in hac parte, ab omni spoliacione siue iniusta occupacione per dictos religiosos deducta in hac parte se penitus abstinendo, que premissa, omnia et singula, vera, notoria & puplica sunt & famosa, et eciam ante presentem litem motam tam diu fuerunt in partibus Oxon' & Gersyngdon' et locis conuicinis, et per partem dictorum religiosorum, in presencia partis dicti domini S., ex eorum certa sciencia plurie confessata. Quare, probatis in hac parte probandis, seu alia via iuris detectis, seu declaratis hijs eorum vel aliquoque vel quod sufficere poterunt seu poterit in premissis, non est pronunciandum, decernendum, declarandum aut quicquam [aliud][3] faciendum pro parte dictorum religiosorum, Mon.,

[1] prouenientibus MS. [2] sic ib. [3] alius ib.

Prioratus ve eorum antedicti prout petitur in libello eorum memorato, set pro iure & possessione dicti S. Rectoris ac Eccl. sue predicte, in & de dictis decimis, omnibus & singulis, ac ipsas decimas superius descriptas quascunque, & ius percipiendi easdem ad Eccl. de G. predictam et Rectores eiusdem pertinere et pertinere debere, per vos dominum Archiepiscopum et vestram sentenciam diffinitiuam, arbitrium siue laudum, finaliter & diffinitiue pronunciandum, decernendum et declarandum, ac ipsas decimas, tam maiores quam minores siue mixtas, quascunque predictas, de dicto dominico siue dominio & qualibet eiusdem parte siue partibus quibuscunque eiusdem, et animalibus predictis nutritis, cubantibus in eisdem qualitercunque prouenientes, et ius percipiendi easdem de eisdem ad dictum dominum S. et Eccl. que[1] suam antedictam fuisse & fore et esse debere in possessione iuris vel quasi percipiendi et habendi et de eisdem libere disponendi, necnon parti dictorum religiosorum virorum super decimis predictis, per eosdem petitis vt prefertur, perpetuum silencium in forma iuris imponendum, pars que dicti domini S. ab impeticione dictorum religiosorum in hac parte est merito absoluenda, ac eciam dicti religiosi in expensis legitimis in dicta causa per partem dicti S. factis & in futurum si oporteat faciendis parti eiusdem soluendis sunt merito condempnandi. Que proponit & fieri petit pars dicti domini S., Rectoris Eccl. de G., eius & dicte Eccl. sue nomine, per vos dominum Archiepiscopum, arbitrum . . . [&c.], ac eidem magistro S. in premissis omnibus & singulis et circa ea iusticiam fieri [2] premissa proposiciones et peticiones, coniunctim seu diuisim [2], iuris beneficio in omnibus semper saluo.

Facta que postmodum hinc inde ad peticiones predictas contestacione negatiua, dicendo narrata prout narrantur vera non esse, & ideo petita prout [petuntur][3] fieri non debere, prestito que hinc inde iuramento, tam de calumpnia quam de veritate dicenda, in vtraque causa seu negocio, traditis que hinc inde posicionibus et articulis, & ipsis quatinus de iure admissis, productis que per vtramque partem predictam testibus, & ipsis quatinus de iure admittendi essent, in forma iuris admissis, iuratis & examinatis, datis que responsionibus ad posiciones & interrogatoria in ea parte facta, subsequenter que exhibitis pro parte dictorum religiosorum litteris apostolicis bullatis et alijs litteris ac instrumentis, ipsis que vna cum attestacionibus huiusmodi per nos puplicatis, nichil que efficaciter dicto vel proposito seu saltim probato contra ea, Tandem pars dictorum religiosorum virorum, considerans & perpendens se plene et sufficienter de iure non probasse dictas decimas ad eos pertinere, nec ipsas decimas secundum

[1] sic MS., evidently redundant. [2–2] sic ib. [3] petituntur ib.

peticiones eorundem percepisse, set quod probauit quandam pensionem annuam xl*s*. pro fructibus decimarum earundem ad ipsos religiosos viros legitime pertinuisse & pertinere debere, ex certa sciencia renunciauit peticioni sue prius proposite & proposuit de nouo vnam aliam peticionem sub hac forma:—

In Dei nomine. Amen. Coram vobis reuerendo in Xpo patre ac domino, domino S., D. G. Cant' Archiepiscopo . . . [&c.], ac inter partes infrascriptas . . . [&c.], dicit, allegat & proponit Brucellus Auenel, Procurator & procuratorio nomine religiosorum virorum Pr. & Con. Prioratus S. F. Oxon', quod vna pensio annua xl*s*. sterlingorum pro fructibus decimarum proueniencium de toto dominio quod olim fuit I. de la M., modo vero I. de L. de G., le Northefeld nuncupato, ad dictos religiosos abolim pertinencium, per Rectores Eccl. de G. ipsorum religiosorum virorum nomine percepta & percipi consueta, ab ipsa Eccl. de G. et Rectoribus eiusdem dictis religiosis ex causis legitimis et sufficientibus fuerat debita, et eciam sufficienti auctoritate legitime constituta, et a l. annis, vltra & citra, eisdem religiosis per Rectores dicte Eccl. pacifice soluta, quam quidem pensionem annuam xl*s*. pro fructibus predictis Rectores dicte Eccl. qui pro tempore fuerant prefatis religiosis ab antiquo soluere tenebantur, et dictus S., nunc Rector dicte Eccl., soluere tenetur, et sui successores, dicte Eccl. Rectores, eorum temporibus soluere remanebunt firmiter astricti, idem tamen S., dicte Eccl. Rector, [eandem][1] pensionem prefatis religiosis toto tempore [suo] subtraxit sine causa et ipsos religiosos circa percepcionem huius pensionis indebite molestauit, que omnia & singula fuerunt puplica, manifesta pariter & famosa, vnde visis, examinatis et plenius intellectis litteris & instrumentis, munimentis et alijs probacionibus per partem dictorum religiosorum circa percepcionem huiusmodi coram vobis in dicto negocio productis et, si necesse fuerit, producendis, probatis que in hac parte probandis, peto ego Procurator predictus, per vestrum arbitrium, laudum, ordinacionem, pronunciacionem finalem siue sentenciam, dictam pensionem xl*s*. pro fructibus decimarum, de quibus premittitur, ab Eccl. de G. predicta et Rectoribus eiusdem qui pro tempore fuerant, dictis religiosis et eorum Prioratui fuisse & esse et in futurum fore effectualiter debitam, perpetuis que temporibus ab Eccl. et Rectoribus eiusdem soluendam fore et solui debere, ipsam que pensionem prefatis religiosis viris pertinuisse et pertinere, in futurum pertinere debere, ac realem et perpetuam fuisse & esse statui, pronunciari et declarari, & prefatum S. Rectorem dicte Eccl., siue successores suos, imperpetuum ad solucionem dicte pensionis terminis ad hoc per vos statuendis compellendos fore, statui et

[1] idem MS.

decerni et cum effectu compelli, prefatum que magistrum S. ad solucionem omnium arreragiorum pro tempore suo debitorum condempnari, vlterius que statui et ordinari, iuxta Deum & bonam conscienciam et negocij presentis qualitatem et naturam, quod erit iustum et conueniens racioni. Premissa proponit, dicit et allegat Procurator predictus, coniunctim et diuisim, iuris beneficio in omnibus semper saluo.

Et potestate nostra cognoscendi de et super ipsa pensione nouiter petita, per partes ipsas prorogata, et eciam facta in nos submissione de nouo per dictas partes super pensione predicta ac iure et possessione eiusdem et ea concernentibus, secundum modum & formam predictos, exhabundanti specialiter et expresse, ac postmodum peticione coram nobis recitata et admissa, recissis primo omnibus terminis et actis eidem peticioni preiudicialibus per decretum [nostrum][1] et de consensu parcium expresso, exhibitis que attestacionibus predictis & alijs instrumentis et litteris et productis, quatinus [pro][2] ipsa peticione & ipsis religiosis viris faciunt, & non aliter neque vltra, factis que certis interrogatorijs parti dicti Rectoris, ac responsionibus subsecutis ad eadem, certos diem & locum partibus ipsis prefiximus et assignauimus ad pronunciacionem nostram sentenciam, laudum siue arbitrium audiendum, quibus omnibus sic peractis, actis que & actitatis omnibus et singulis circumstancijs negocij vniuersis per nos recensitis et equo libramine ponderatis, ad arbitrium . . . [&c.], de iuris peritorum [consilio][3] nobis assidencium, procedimus in hunc modum :—

Auditis & intellectis per nos S. Archiepiscopum supradictum, arbitrum . . . [&c.] in negocio supradicto, tam diuisim quam communiter electum, vt premittitur, meritis negocij memorati, quia inuenimus dictum Rectorem tam super iure quam super [possessione] iuris vel quasi percipiendi et habendi decimas quascunque de terris & locis de dominio siue dominico I. de L. in hac parte perpentis et articulatis, et infra parochiam Eccl. sue de G. predicte notorie constitutis, intencionem suam coram nobis sufficienter et legitime fundasse et probasse, ipsum Rectorem & successores suos quoscunque, futuros Rectores in Eccl. memorata, ipsam que et Eccl. de G. ab omni & omnimoda impeticione dictorum religiosorum de & super eisdem decimis seu fructibus eorundem imposterum facienda absoluimus, ipsas que decimas, omnes & singulas, de dictis terris prouenturas ad ipsum Rectorem successores que suos & Eccl. suam memoratam amodo pertinere et pertinere debere cunctis temporibus in futurum arbitramus, pronunciamus, declaramus, decernimus, laudamus, diffinimus ac eciam ordinamus. Verum, quia comperimus dictos religiosos peticionem suam super et de annua pensione xls. occasione fructuum

[1] vestrum MS. [2] per ib. [3] consilium ib.

dictarum decimarum coram nobis porrectam sufficienter et bona fide fundasse et probasse, & ipsos religiosos a prefata Eccl. de G. et ipsius Rectoribus pensionem predictam occasione prefata per tempus de iure sufficiens percepisse et habuisse, ipsum magistrum S. et eius quoscunque in dicta Eccl. futuros successores ad solucionem pensionis huiusmodi dictis religiosis in festis B. Michaelis & Pasche, per equales porciones de cetero soluendas, ipsam que pensionem xl*s*. ad dictos religiosos viros & eorum successores ex nunc, occasione fructuum decimarum predictarum, eciam pro bono pacis et propter maiorem euitacionem scandalorum, pertinere et pertinere debere, dictum que Rectorem et successores suos, omnes & singulos, et Eccl. suam predictam occasione prefata ad solucionem huiusmodi teneri et efficaciter compelli debere imperpetuum, iuxta vires submissionis predicte simili sentencia arbitramus, dicimus . . . [&c.], dictos que religiosos ad possessionem iuris vel quasi percipiendi pensionem antedictam occasione prefata a tempore subtraccionis eiusdem, que incepit tempore dicti magistri S., reducendos fore simili sentencia arbitramus, dicimus . . . [&c.], et ipsos religiosos, quatinus in nobis est, et per solucionem xl*s*. coram nobis per ipsum Rectorem hac occasione parti dictorum religiosorum de mandato nostro factam, reducimus. Volumus insuper, arbitramus & ordinamus auctoritate prefata, pro bono pacis & concordie melioris, quod neutra pars de cetero pro fructibus, arreragijs, dampnis, iniurijs et expensis suis ab altera quicquam exigat seu exigere valeat in futurum, set pars dicti Rectoris fructibus, dampnis, iniurijs et expensis suis quibuscunque in hac parte sibi debitis prefatis religiosis viris, et pars ipsorum religiosorum de arreragijs dicte pensionis, omnibus dampnis, iniurijs & expensis suis dicte litis, aut alia quocunque modo factis & illatis, dicto Rectori, remittant et renuncient ex certa sciencia coram nobis specialiter et expresse. Volumus insuper, arbitramus . . . [&c.] et, quatinus cum Deo poterimus, vtrique parti predicte iniungimus, quod dicti religiosi pensionem ipsam xl*s*. de cetero habeant precipuam ab omni onere exaccionis, contribucionis, imposicionis et concessionis cuiuslibet, tam Ecclesiastici quam secularis, liberam penitus & immunem, quod que dictus magister S. Rector & successores sui quicunque decimas integras, imposiciones, contribuciones, concessiones et alias quotas quascunque dominis Pape aut Regi Anglie aut alteri cuicunque persone Ecclesiastice vel seculari imponendas seu imposterum concedendas, pro fructibus dictarum decimarum seu pro ipsis decimis, integre & plene persoluant et satisfaciant, taxacione aliqua separatim pro dictis decimis quacunque auctoritate prius facta non obstante, quam quidem solucionem separatam volumus et ordinamus quod dicte partes de consensu mutuo

de registris Ecclesiasticis et secularibus, quantum in eis cancellari faciant effectualiter et abradi. Ad hec eciam volumus . . . [&c.] quod si dictus magister S. Rector vel aliquis eius successorum in Eccl. predicta defecerit, quod absit, in solucione dicte pensionis aliquo termino supradicto, quod extunc propter dampna et expensas dictorum religiosorum teneatur nomine pene in j marca sterlingorum elemosine domini Episcopi Lincoln' qui pro tempore fuerit persoluenda, nisi infra mensem immediate sequentem realiter soluendo, vel alias ipsis religiosis quod tunc debitum fuerit persoluendo, purgauerit moram suam, quod si animo indurato per mensem alium primum mensem immediate sequentem partem ipsius pensionis, sic vt premittitur debitam, soluere contumaciter non curauerit, extunc in alia marca elemosine dicti domini Lincoln' Episcopi pene nomine persoluenda, propter dampna et expensas que & quas ipsos religiosos hac occasione incurrere contigerit, non soluens huiusmodi efficaciter teneatur, et sic de mense in mensem, quousque de eo quod a retro fuerit de huiusmodi pensione, cum dampnis et expensis vt prefertur, ipsis religiosis plenarie fuerit satisfactum, et nichilominus ad solucionem eiusdem pensionis, tam per Episcopum Lincoln' et eius Officialem quam Archidiaconum Oxon' et eius Officialem, per quascunque censuras [Ecclesiasticas] [1] summarie et de plano, absque strepitu iudicij et figura, virtute arbitrij nostri et auctoritate ordinacionis istius arcius [compellatur] [2]. Volumus insuper . . . [&c.] vt equalitas hinc inde seruetur, quod si dicti religiosi presentes & futuri dicto Rectori vel eius successori cuicunque, occasione dictarum decimarum vel iniurie personalis vel realis preterite, aliquem litem in foro Ecclesiastico vel seculari mouerint vel intemptauerint, grauauerint, vel quoquo modo inquietauerint, molestari ve vel inquietari seu occasionari permiserint, nisi infra mensem omne impedimentum et grauamen huiusmodi, quatinus in eis esse poterit, faciant effectualiter amoueri, vel in aliquo premissorum contrauenerint, quod extunc Rectori huiusmodi dampnum pacienti in c marcis sterlingorum pure & simpliciter teneantur, ceteris premissis in suo robore duraturis.

Hanc nostram sentenciam arbitralem . . . [&c.], quatinus predictas partes concernit, volumus quod statim emologent coram nobis, et infra mensem in scriptis eorum sigillo roboratis in presencia Notarij [puplici] [3], forma huiusmodi pronunciacionis nostre plenius recitata. Ceterum si aliquod dubium, obscurum, seu correccione, interpretacione, declaracione, diminucione, vel augmentacione dignum in sentencia, laudo, arbitrio seu ordinacione nostro presenti emerserit, seu quouismodo contigerit reperiri, nobis & successoribus nostris interpretandi, declarandi, corrigendi, augmentandi et diminuendi, et in competen-

[1] ecclesiasticos MS. [2] compellantur ib. [3] puplica ib.

ciorem formam si recesse fuerit redigendi, de consensu dictarum parcium expresso, potestatem specialiter reseruamus. In quorum omnium & singulorum testimonium presentes litteras nostras, siue presens puplicum instrumentum, per Ricardum, Notarium puplicum infrascriptum, scribi et publicari mandauimus, et sigilli nostri apposicione fecimus communiri. Dat. & Act. apud Maggefeld[1], in Capella Manerij nostri, A.D. M°CCC°LIX°, iiij^to^ die Maij, presentibus, &c.

743.

A. p. 99.

[Certificate to the foregoing record under the hand of Richard Woodland, Notary public.]

[1359.] *Subscripcio Notarij super processu, sentencia & negocio supradicto.*

Et Ego Ricardus Wodolond de Calceto[2], Clericus, Cicestren' diocesis, Notarius apostolica auctoritate puplicus, dicti que reuerendissimi patris domini Simonis D. G. Cant'. Archiepiscopi Registrarius ac scriba, arbitrio, laudo, diffinicioni, decisioni seu ordinacioni dicti patris in forma predicta facto et in scriptis per eundem lecto, solucioni xl*s*. nomine pensionis predicte per prefatum magistrum S. Rectorem dicto domino Bretello Auenel, Procuratori ipsorum religiosorum virorum, emologacioni que per eosdem Rectorem et Procuratorem, vt prefertur, iudicialiter, ac omnibus alijs et singulis per reuerendissimum patrem, arbitratorem siue compromissarium predictum, prout superius scribuntur, actis, gestis et habitis A°, Indiccione pontifica, die, mense & loco predictis, vna cum prefatis testibus, presens interfui, ea que omnia & singula sic vidi fieri et audiui, scripsi, et de mandato ipsius domini Archiepiscopi puplicaui et in hanc puplicam formam redegi, et hic me subscripsi et signum meum apposui presentibus consuetum.

744.

A. p. 99.

[Nicholas Pincerna, with consent of Sibil his wife, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of a rent of 2*s*. per annum.]

*Carta Nicholai de Pincerna de redditu ij*s*. de j tenemento in villa de G. supradicta soluendo Eccl. S. F. Oxon'.*

[1] Mayfield, Sussex. [2] i. e. of the Augustine Priory of Pyneham or de calceto, i.e. the causeway, at Arundel, so called from Q. Adeliza, widow of Henry I, having given the Canons the tolls of a causeway there. D. M. vi. 259.

Sc. pres. et fut. quod Ego Nicholaus Pincerna, consensu & assensu Sibille vxoris mee, dedi . . . [&c.], pro nobis et heredibus nostris imperpetuum, Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in puram et perpetuam elemosinam, pro salute Alani f. mei, ij*s*. sterlingorum annuatim percipiendos de terra cum pert. quam Isabella de Denton' aliquando tenuit de me in villa de G., quicunque eam terram tenuerit, imperpetuum, ad iiij anni terminos, viz . . . [6*d*. quarterly, commencing Michaelmas], cum libero introitu & exitu ad namiandum super predictam terram, quocienscunque aliquid de predictis ij*s*. annuatim reddendis terminis statutis a retro fuerit. Et nos . . . [warranty]. Vt igitur hec [sealing clause].

745.

A. p. 99, b.

[Sibil, widow of the aforesaid Nicholas, to the same. Confirmation of the above gift.]

*Carta Sibille vxoris predicti Nicholai de redditu ij*s*. supradicto.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Sibilla, relicta Nicholai le Brutell', in legitima viduitate mea, dedi . . . [&c.], pro salute anime mei & viri mei et Alani f. mei & meorum, Deo & Eccl. S. Frideswyde Oxon' & Can. . . [&c.] ij*s*. annui redditus in villa de G., quos percipere consueui de tenemento quod Rogerus f. Salomonis tenet in predicta villa, Habendum . . . [&c.], in puram et perpetuam elemosinam, imperpetuum. Et ego . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause.]

[p. 100, 100 b, blank in A.]

ELSFIELD[1].

746.

Liber Antiquus Hugonis Wells, p. 8.

[Valuation of the Vicarage of Elsfield.]

Elsefeud. Vicaria in Eccl. de Elsefeud, que est Pr. et Con. S. Fredeswide Oxon', auctoritate concilii ordinata, consistit in omnibus obvencionibus altaris, cum minutis decimis totius parochie, et in decimis bladi et feni provenientibus, scilt. quas Humfridus et Willielmus Finch

[1] Elsfield, Oxon, usually written in the text Elsefeld; three miles north-east of Oxford.

tenuerunt in eadem villa, et in j acra terre arabilis eidem Vicarie per Pr. assignanda, cum domibus et edificiis ubi Capellanus consuevit habitare, et valet vicaria v marc'. Totalis autem Eccl. viij marc'.

747.

A. p. 103, b.

[Simon of Elsfield to Robert of Coleham his brother and Emma his wife. Conveyance of two messuages paying 12*d.* per annum to St. Frideswide and 6*d.* to Studley.]

[c. 1180–90.] *Carta de xij*d. *de ij messuagijs ibidem exeuntibus, vnde j datum fuit Eccl. nostre per cartam Roberti Coleham postea, vt patet in folio proximo precedente*[1].

Sc. tam pres. quam fut. quod Ego Simon de E. concessi . . . [&c.] Roberto fratri meo de Coleham & Emme vxori eius ij messuagia in E., scilt. illa que iacent inter terram Hugonis de aula & terram Willelmi Fynge, Habenda . . . [&c.], Reddendo inde annuatim xviij*d.*, scilt. ad Prioratum S. F. xij*d.* ad iiij anni terminos, scil. . . [3*d.* quarterly, commencing Michaelmas], et ad Domum de Stodeleya vj*d.* scilt . . . [3*d.* at Michaelmas and at Lady day], et vt predictus R. & E. vxor eius possint donare, vendere vel assignare predicta messuagia cuicunque voluerint, saluo predicto seruicio. Et pro hac . . . [&c.] predictus R. et E. vxor eius dederunt michi xv*s.* in Gersumam. Et vt omnia . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Nigello de Pirye & multis alijs.

748.

A. p. 102, b.

[Robert Coleham, with assent of Emma his wife, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of a messuage.]

[c. 1190–1200.] *Carta Roberti Coleham de j messuagio ibidem, de quo Priorissa de Stodeley percipere consueuit per ann.* vj*d.*

Sc. pres. et fut. quod Ego Robertus Coleham, de assensu & voluntate Emme vxoris mee, concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] messuagium meum quod habui in villa de E., cum omnibus pert. suis, quod messuagium est de feudo dictorum Can., Habendum . . . [&c.] integre ab omni exaccione et accione, et ab omni seculari seruicio, saluis vj*d.* annuatim soluendis Eccl. de Stodleya. Et vt hec . . . [sealing clause].

[1] No. 748.

749.

A. p. 103. C. p. 315. No. 487. O. C. No. 71[1].

[Hugh Fitz-William of Elsfield, with consent of Philip his brother, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of lands at Oxford and Elsfield.]

Hugonis de E. carta de iiij acris terre et alijs decimis, & de terra iuxta portam orientalem Oxon' in parochia S. Petri, vt infra notatur. [c. 1190–1200.]

Carta Hugonis de E. de quadam terra in parochia S. Petri in oriente & de iiij acris terre in E., quarum ij iuxta grangiam Can. & ij subtus collem. [C. foot note.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Hugo f. Willelmi de E.[2] Salutem. Sciatis me dedisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon'[3] et Can. . . [&c.], consensu & voluntate Philippi fratris mei & heredis, in liberam et puram & perpetuam elemosinam, totam terram meam in Oxonf'[4] que est iuxta Eccl. S. Petri prope portam orientalem de Oxon'[5], pro salute . . . [&c.], Et preterea dedi . . . [&c.] eidem Eccl. S. F.[6] & Can. . . [&c.], similiter consensu . . . [&c.], iiij acras terre arabilis de dominio meo in E.,[7] pro salute anime mee & meorum, et in remissionem et redempcionem peccatorum que contraxi vsque ad presens ex minus legitima & fideli solucione decimarum mearum, tam in frugibus quam in fenis & omnibus alijs rebus de quibus decimaciones proueniunt, ij viz. acras in Longeforlange[8] iuxta grangiam eorundem Can. apud E.[7] grangie viciniores, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, & alias ij subtus collem iuxta aquam Radulphi dispensatoris, liberas et quietas ab omni seculari seruicio et exaccione. Vt hec . . . [sealing clause]. Testibus[9] . . . f. Henrici de Westan, Willelmo de Brugge, Philippo fratre meo, Hugone & Waltero de Gersidon', Iohanne Kepeharm, Laurencio . . . Willelmo Wakeman, Thoma f. Eilrici, Petro f. Gaufridi, Laurencio f. Hard[ing] Simone de Coleham & Roberto [fratre] suo, Hugone de Staynt[on'] & multis aliis.

[1] A fragment. Transcript from A. [2] Helsefeld C. [3] Frideswide de Oxeneford C. [4] Oxoneford C. [5] Oxeneford C. [6] Frideswide *amb.* [7] Helsefelde O. C. [8] Longaforlung O. C. Longeforlong C. [9] Witnesses O. C. only.

750.

A. p. 105, b. C. p. 315. No. 486.

[Hugh of Elsfield to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of the Chapel of Elsfield.]

[c. 1190–1200.] *Carta donacionis Hugonis de E. de Capella et decimis ibidem & sepultura pauperum.*

Carta Hugonis de Ellesfeld de Capella ibidem. [C. marg.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. Hugo de E. Salutem. Sciatis me reddidisse . . . [&c.] Deo & B. Marie & S. F. de Oxon'[1] et Can. . . [&c.], pro salute . . . [&c.], Capellam de E., que ad Eccl. B. F.[2] pertinet, vt ipsi Can. habeant eam imperpetuum, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in decimacionibus & oblacionibus et omnibus alijs obuencionibus, in terris, in pratis & pascuis, in bosco & plano, & in omnibus alijs rebus que ad eandem Capellam pertinent, libere . . . [&c.]. Et ipsi Can. inuenient michi & Capelle de E. imperpetuum Capellanum qui assidere ibi sit & Capelle deseruiat. Ijdem eciam Can. concesserunt michi et Capelle de E. imperpetuum vt pauperum qui in villa de E. moriuntur corpora in cimiterio Capelle de E. sepeliantur, & aliorum qui ibi sepeliri voluerint de eadem parochia.

751.

A. p. 103, b. C. p. 317. No. 492.

[William of Stratford to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of an acre of land.]

[c. 1190–1200.] *Item de j acra terre in campo ville eiusdem.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Willelmus de Stratford Salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse . . . [&c.], in liberam & puram & perpetuam elemosinam, Deo & Eccl. S. F.[2] Oxon' & Can. . . [&c.], pro salute . . . [&c.], j acram terre arabilis in Longeforlange[3] prope ij acris quas Hugo de E. dedit eidem Eccl. Quare volo quod predicti Can. acram illam bene & in pace teneant, liberam & quietam ab omni seculari seruicio & exaccione. Et vt hec . . . [sealing clause].

[1] Frideswide de Oxeneford. [2] Frideswide. [3] Longefurlong.

752.

A. p. 103, b. C. p. 318. No. 493.

[The same to the same. Gift of a messuage in addition.]

Sequitur alia carta eiusdem Willimi de j messuagio et predicta acra terre ibidem. [c. 1190–1200.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Willelmus de Stratford Salutem. Nouerit vniuersitas vestra me concessisse . . . [&c.], in liberam & puram & perpetuam elemosinam, Deo & Eccl. S. F. Oxon'[1] & Can. . . [&c.], pro salute . . . [&c.], j messuagium in E., illud viz. quod Ydonus tenuit de me in eadem villa, quod adiacet inter messuagium predictorum Can. et messuagium quod Eilricus de Chircheya[2] tenuit de me in iam dicta villa. Et preterea concessi . . . [&c.] predictis Can. j acram terre arabilis in Langforlange[3] prope ij acris quas Hugo de E. dedit eidem Eccl. Quare volo . . . [as in preceding Charter]. Et vt hec . . . [sealing clause.]

753.

C. p. 315. No. 485.

[The same to Simon of Coleham. Demise of a tenement.]

Carta Willelmi de Stratford de quodam messuagio in Ellesfeld. [c. 1190–1200.]

Sc. omn. tam fut. quam pres. quod Ego Willelmus de Stretford concessi . . . [&c.] Simoni f. Rogeri de Coleham illud messuagium in E. quod iacet inter messuagium de Stodleia & messuagium Willelmi Feing, illi & heredibus suis, Habendum . . . [&c.], in feodo & hereditate . . . [&c.], Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis xij*d.* ad iiij anni terminos, pro omni seruicio . . . [&c.], viz. . . [3*d.* quarterly, commencing S. Thomas' day]. Et pro concessione mea . . . [&c.] S. prenominatus dedit michi ij*s.* de Gersuma & fidelitatem fecit michi de tenemento. Et quia volo . . . [sealing clause].

[1] Frideswide de Oxoneford. [2] de la Chircheia. [3] Longefurlong.

754.

A. p. 104. C. p. 316. No. 488.

[The Prioress and Convent of Studley to Simon of Coleham. Demise of a messuage.]

[c. 1190–1200.] *Item carta Priorisse & Con. de Stodeleya prefato Simoni de eisdem tenementis facta vt infra.*

Not. sit tam pres. quam fut. quod Ego Petronilla Priorissa Eccl.[1] S. Marie de Stodleia & eiusdem loci Con. dedimus . . . [&c.] Simoni de Coleham, pro seruicio suo, j messuagium in E., viz. quod Willelmus de Stratford nobis dedit, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute . . . [&c.], Tenendum . . . [&c.], Reddendo nobis inde annuatim vj*d.* ad ij terminos, scilt. . . [3*d.* at Michaelmas and Easter]. Et vt hec . . . [sealing clause].

755.

A. p. 101. C. p. 319. No. 497.

[William Fitz-William of Stratford, with consent of Benet his wife. Gift of all his land in Elsfield.]

De Capella ibidem et iurisdiccione scribitur supra[2] *in fundacione in cartis Regum & Pontificum.*

[c. 1220[3].] *Et sequitur prima carta de quinta parte ville de E. supradicte.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Willelmus de Stratford, f. Willelmi de Stratford, assensu & consensu Benette[4] vxoris mee & Willelmi f. mei & heredis, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon'[5], & Can . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, cum corpore meo quod predicte Eccl. dedi et reddidi, vbicunque morte preuentus fuero, totam terram meam de E., scilt. quintam partem eiusdem ville, cum omnibus pert. suis, Habendam . . . [&c.], in bosco & plano, in pratis & pascuis[6], in molendinis et piscarijs, in vijs & semitis et in omnibus locis, saluo seruicio domini Regis. Hanc vero terram ego & heredes mei . . . [warranty]. Et sepedicti Can. intuitu caritatis dederunt et concesserunt michi in vita mea & W. f. meo primogenito de B. vxore mea, si me superuixerit, j corrodium[7] j Can. in vita sua. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

[1] Eccl. *om.* [2] Nos. 5, 8, 15, &c. [3] W. de S. ob. c. init. H. III, Wood, ed. Clark, ii. 173. [4] Beneite. [5] S. Frideswide, Oxeneford. [6] pasturis. [7] cunradium.

756.

A. p. 101. C. p. 320. No. 498.

Item alia carta eiusdem W. de terris & tenementis predictis.

[Another charter in similar terms to the foregoing, but stating that the gift is made, 'pro anima mea et animabus antecessorum et successorum meorum,' and omitting the clause beginning, 'Et sepedicti Can.']

757.

C. p. 318. No. 495.

[Another charter of the aforesaid William of Stratford, identical in terms with No. 755, except that his wife's name is spelt 'Benedicta,' and following the warranty are these words, 'Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi prefati Can. xxx marcas argenti de pecunia Eccl. sue, & B. vxori mee xx*s*. sterlingorum, & W. f. meo & heredi j palefridum de iiij marcis.']

758.

C. p. 320. No. 499.

[Another charter of the same, identical in terms with No. 756, except that after 'saluo seruicio domini Regis' the words 'quantum pertinet ad quintam partem feudi Militis' are inserted.]

759.

A. p. 101, b.

[Charter of John, son and heir of William of Stratford, confirming the above gift.]

Carta confirmatoria Iohannis de Stratford de eisdem. [c. 1220.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Iohannes de Stratford, f. & heres Willelmi de Stratford, Salutem in Domino. Noueritis quod cum inspexerim cartam Willelmi f. Willelmi Stratford proaui mei in hec verba:—

Sc. pres. et fut. quod Ego W. de S. assensu & consensu B. vxoris mea, &c. vt supra[1], vsque hijs testibus.

Ego vero predictus I., donacionem, cartam, possessionem et elemosinam per antecessores meos sic datas et agitatas ratas & gratas in omnibus habens, eas presenti scripto, pro me & heredibus meis, ratifico et confirmo imperpetuum duraturas. Et vt hec . . . [sealing clause].

[1] No. 755.

760.

A. p. 101, b. C. p. 318. No. 494.

[Henry de Oilli to the Church and Canons of St. Frideswide. Ratification of the same.]

[c. 1220.] *Carta confirmacionis Henrici de Oilli de tenementis supradictis.*

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Henricus de Oilli Salutem et dilecionem. Nouerit vniuersitas vestra nos, pro Dei amore et pro salute . . . [&c.], concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon'[1] & Can. . . [&c.] donacionem et concessionem quam W. de S. f. W. de S. eis fecit de terra sua de E., scilt. de quinta parte eiusdem ville cum omnibus pert. suis. Quare volumus quod predicti Can. prefatam terram habeant & possideant in puram & perpetuam elemosinam, bene & in pace . . . [&c.], in bosco & in plano, in pratis & pasturis, in molendinis & piscarijs, in vijs & semitis, et in omnibus locis, sicut carta predicti W. quam inde habent testatur.

761.

A. p. 102. C. p. 316. No. 489.

[William of Stratford, with consent of Benet his wife, to Richard Bishop his brother. Conveyance of a virgate of land.]

[c. 1220.] *Item alia carta Willelmi Stratford de supradicta virgata terre predicto Ricardo Bissop donata, que quidem carta ante donacionem predicti Ricardi scriberetur*[2].

Sc. tam pres. quam fut. quod Ego Willelmus de Stratford, consensu & consilio Benedicte vxoris mee & heredum meorum, concessi . . . [&c.] Ricardo Bissop[3] fratri meo, pro homagio & seruicio suo, j virgatam terre in E., cum pert. suis, illam viz. quam Eilricus de la Chercheya[4] et Ricardus de Finemera in predicta villa de E. tenuerunt, Habendam . . . [&c.], in bosco & plano, in pratis & pasturis, in vijs & semitis et in omnibus locis, Reddendo inde annuatim j libram Cimini ad Pasch' pro omni seruicio, saluo[5] seruicio domini Regis. Concessi eciam predicto R. quod prefatam virgatam terre cuicunque voluerit, & eciam Domui religiose, imperpetuum, saluo predicto seruicio, dare & concedere possit. Et pro hac . . . [&c.] sepedictus R. dedit michi j bisancium[6] et B. vxori mee j annulum aureum.

[1] S. Frideswide, Oxeneford. [2] There is evidently an error here, as the Charter of R. B. follows immediately. [3] Biscop. [4] Chercheia. [5] saluo tamen. [6] de Gersumma.

762.

A. p. 102, b. C. p. 319. No. 496.

[Richard Bishop to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of the same.]

Carta feoffamenti Ricardi Bissope de j virgata terre. [c. 1220.]

Sc. tam pres. quam fut. quod Ego Ricardus Bisshope[1], frater Willelmi de Stratford, concessi & dedi Deo & Eccl. S. F. Oxon'[2] & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, j virgatam terre, cum omnibus pert. suis, in E., illam scilt. quam W. de S. frater meus michi dedit pro homagio & seruicio meo, quam Eilricus de la Chircheye[3] & Ricardus de Femmera[4] tenuerunt in predicta villa de E., Habendam . . . [&c.], in bosco & plano, in pratis & pasturis & in omnibus locis, Reddendo inde annuatim W. de S. j libram Cimini[5] ad Pasch' pro omni seruicio, saluo tamen seruicio domini Regis. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

763.

A. p. 102, b. C. p. 317. No. 491.

[William of Stratford, with consent of Benet his wife, to the Church and Canons of St. Frideswide. Confirmation of his brother's gift.]

Carta confirmacionis Willelmi Stratford de predicta virgata. [c. 1220.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Willelmus de Stratford, consensu et consilio Benedicte vxoris mee et heredum meorum, concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F.[6] Oxon' et Can. . . [&c.], in perpetuam elemosinam, illam virgatam terre, cum omnibus pert. suis, quam Ricardus Bissop[1] frater meus eis dedit, Habendam . . . [&c.], in bosco & plano, in pratis & pasturis, in vijs & semitis, & in omnibus locis, Reddendo inde annuatim j libram Cimini[5] ad Pasch' pro omni seruicio, saluo tamen seruicio domini Regis, sicut carta predicti R. quam inde de me habent testatur. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

[1] Biscop. [2] Frideswide de Oxeneford. [3] Heilricus de la Chircheia.
[4] Finemera. [5] Cumini. [6] Frideswide.

764.

A. p. 103. C. p. 317. No. 490.

[Henry de Oilli to the Church and Canons of St. Frideswide. Confirmation of the above gifts.]

[c. 1220.] *Carta Henrici de Oilli de predictis messuagio & virgata terre & j acra alia, de confirmacione.*

Hen: Dojllj Constabularius Regis. [C. marg.]

Sc. omn.[1] tam pres. quam fut. quod Ego Henricus de Oilli[2], domini Regis constabilarius[3], hac presenti carta mea confirmaui Deo & Eccl. S. F.[4] Oxon', pro anima mea . . . [&c.], messuagium j & j acram terre arabilis in E., que habent ex donacione Willelmi de Stratford, et j virgatam terre in eadem villa quam habent ex donacione Ricardi Bissop[5] & confirmacione predicti W. de S. fratris eius, sicut eorundem carte testantur.

765.

A. p. 101, b. C. p. 280. No. 426.

Confirmed E i & ii, No. 72: E iii, No. 77: R, No. 85: H. Repeated No. 1089. Printed D. M. ii. 147. No. xiv from C, abbreviated.

[Charter of Henry III confirming to the Prior and Canons of St. Frideswide the vill of Knighton and their lands in Elsfield.]

[1227.] Feb. 28. *Confirmacio domini Henrici Regis tam de predicta quinta parte quam de tota villa de Knythyngton' in Comitatu Berk'.*

Confirmacio de Knictynton' et de Elsefeld. [C. marg.]

Henricus, D. G. Rex Anglie, Dominus Hibernie, Dux Normannie & Aquitannie, Comes Andegauie, Archiepiscopis &c. Salutem.[6] Sciatis nos, intuitu Dei, et pro salute . . . [&c.], concessisse . . . [&c.] Pr. et Can. S. F.[7] Oxon' omnes donaciones & concessiones eis racionabiliter factas vel[8] imposterum faciendas, viz. Ex dono Riginaldi[9] de S.Walerico f. Guidonis[10] de S. W. totam villam de Knythynton'[11] in Berk'[12], cum

[1] omn. *om.* [2] Doilli. [3] constabularius. [4] Frideswide. [5] Biscop. [6] H., D. G. &c., No. 1089. H., D. G. Rex Anglie, &c. Archiepiscopis, &c. Salutem, E. i & ii. Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Iusticiarijs, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris, & omnibus Ballinis & fidelibus suis presentem cartam inspecturis Salutem, E iii, R, H. [7] Frideswid C, Fretheswith E iii, Fretheswythe R, Fretheswithe H. [8] et No. 1089. [9] Reginaldi C, E iii, R, H, No. 1089. [10] Guydonis E i & ii, E iii. Gwydonis No. 1089. [11] Knictetun' C, Kniteton' E i & ii, R, Kincteton' E iii, Kunteton' H, Knitteton' No. 1089. [12] Berkesire C, E iii, R, H, Bersisire E i & ii, Berkscire No. 1089.

omnibus pert., tam in terris quam in feodis, homagijs, seruicijs, libertatibus et omnibus alijs eiusdem ville pert., Ex dono Willelmi de Stratford, f. Willelmi de S., totam terram de E.[1], viz.[2] quintam partem eiusdem ville, cum omnibus pert. suis. [3] Quare volumus & firmiter precipimus quod predicti Pr. & Can. habeant[4] predictas terras, cum pert. suis[3], bene et in pace, libere, quiete & integre, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad easdem terras pertinentibus, sicut carte predictorum donatorum racionabiliter testantur, vel[5] carte aliorum donatorum[6] testabuntur imposterum racionabiliter. Hijs testibus[7], E. London'[8], I. Bathon'[9], S. Sarr'[10], W. Karleol'[11] Episcopis, H. de Burgo Comite Kanc' Iusticiario nostro, Philippo de Albin', Henrico de Aldithel, Radulpho f. Nicholai, Godefrido de Craucumb & alijs. Dat.[12] [13] per manum venerabilis patris R. Cicestr. Episcopi Cancellarij nostri[13] apud Westm. xxviij° die Febr. A° regni nostri xij°.

766.

A. p. 105.

[Felicia Bolle to Robert Langton. Conveyance of the property acquired under the final concord No. 723.]

Memorandum quod Eccl. S. F. perciperet per ann. de terra subtus notata ijs., vt patet in quadam finali concordia de j hida terre de Holles in Curia domini Regis facta, vnde queratur de tenente. [c. 1240-50.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Felicia Bolle, in libera viduitate mea & in ligia potestate mea, dedi . . . [&c.] Roberto Langeton', pro homagio & seruicio suo, totam terram meam, cum omnibus pert. suis, in villa & in campis de E., viz. j virgatam terre, cum pert. suis, que spectabat ad Eccl. de E., et illud messuagium meum, cum pert. suis, quod Robertus forestarius de E. aliquando tenuit, quod quidem messuagium et quam virgatam terre, cum pert. suis, habui & tenui racione finalis concordie facte in Curia domini Regis coram Iusticiarijs apud Oxon' inter Eliam tunc Pr. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con., ex vna parte, et me, ex alia, Habendum . . . [&c.] imperpetuum . . . [&c.], in pratis, in pascuis, in pasturis, in communijs, in vijs, in semitis, in bosco, in plano, in aquis, in omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad totam predictam

[1] Helsefeld C. [2] scilt *omn.* [3-3] *om.* C, No. 1089. [4] & teneant E i & ii. [5] et E i & ii. [6] carte aliorum donatorum *om.* E i & ii. [7] No witnesses E i & ii, Nos. 765 and 1089. E. London', I. Bathon' & aliis C. [8] Eustace Fauconburg, 1221-8. [9] Jocelin Trotman, 1206-42. [10] Here is an error, the Bishop at that time being Richard le Poor, 1217-29. [11] Walter Beauclerc, 1224-46. [12] Last clause *om.* C. [13-13] *om.* No. 1087.

terram pertinentibus, cum toto iure quod eidem terre accidere poterit vel potuit, Reddendo inde annuatim michi vel heredibus meis j*d.* ad Pasch' pro omni seruicio . . . [&c.], saluis regali seruicio, si quod inde debetur, & seruicio capitalium dominorum illius feodi debito et consueto. Ego autem . . . [warranty]. Et pro hac . . . [&c.] predictus R. dedit michi iiij marcas argenti in Gersumam. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

767.

A. p. 105, b.

[Certificate under the hand of Reginald Bishop of Cloyne of the dedication of the Chapel of Elsfield.]

1273. [July 9.] *De dedicacione Capelle de Elsefeld supradicta.*

Vniu. pres. lit. . . [&c.] R.[1], miseracione diuina Clonensis Episcopus, Salutem eternam in Domino. Noueritis Nos, vice venerabilis patris R., D. G. Lincoln' Episcopi, Eccl. de E. vij° Idus Iulij A.D. M°CC°LXXiij° dedicasse, & recepisse a Procuratore Rectoris dicte Eccl. ij marcas nomine procuracionis racione dedicacionis Eccl. memorate. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. die & A° supradictis.

768.

A. p. 106.

[Dionisya, widow of Roger le Dispenser, to Stephen her son. Quit claim of all right in a messuage and ten acres of land.]

[c. 1273.] *Sequitur prima carta de x acris terre ibidem.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Dionisya, que fui vxor Rogeri le Dispenser de E., Salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra me remisisse & quietum clamasse Stephano le Dispenser f. meo, heredibus & assignatis suis, totum ius & clamium quod habui, aut quocunque modo habere potui, in j messuagio & x acris terre arabilis, cum prato & omnibus alijs pert., que habui & tenui in villa de E. nomine dotis mee, Ita viz. quod nec ego dicta D., nec aliquis alius, pro me seu nomine meo, aliquid iuris seu clamij in predicto messuagio, terra vel prato cum pert. de cetero exigere poterimus aut imperpetuum vendicare. In cuius rei, &c.

[1] Reginald, cons. Bp. of Down, 1258 (Cotton's *Fasti Eccl. Hibernicae*, iii. 199), tr. to Cloyne 1263, acted as Commissary for Bp. of Lincoln and consecrated Stone Church, Bucks, 1273, and d. at the end of that year (*ibid.* i. 291).

769.

A. p. 106, b.

[Stephen le Dispenser to Richard of St. Frideswide, Rector of St. Michael's South. Conveyance of the same ten acres of land.]

Carta predicti Stephani de x acris predictis Ricardo de S. F. concessis. 1273. [Aug. 23.]

Sc. pres. & fut. quod A. D. M°CC°LXXIIj° x Kaln. Septembris Ego Stephanus le Dispenser de E. dedi . . . [&c.] magistro Ricardo de S. Frideswyda, Rectori Eccl. S. Michaelis australis Oxon', x acras terre mee arabilis, cum pert. suis vbicunque, in villa de E., Quarum j dimidia acra iacet contra le Wedho, Et dimidia acra in Mersforlange inter terram Iohannis atte Twychen et terram Willelmi Coyn, Et dimidia acra in dicto Forlonge iuxta le Porteweye, Et dimidia acra in superiori forlongo in Northefeld, que se extendit in to Buryforlonge, Et j roda in Northefeld in superiori forlongo propinquior le Portehegge, Et j roda in le Hangynde iuxta terram Iohannis Philippi, Et dimidia acra sub Hangynde londe iuxta terram Roberti le Wise, Et dimidia acra que appellatur Forthshtere in Holdern forlange iuxta terram dicti R. le W., Et dimidia acra in Mersforlonge in campo australi iuxta terram Willelmi Coyn, Et dimidia acra in eodem forlongo apud Strauputtes iuxta terram Rogeri Godriche, Et dimidia acra in Thornbreche iuxta le Greneweye que iacet iuxta terram Roberti le White, Et dimidia acra in la Hechynge iuxta terram Rogeri Goderiche, Et dimidia acra que se extendit in Hedenbrok iuxta terram Willelmi Coyn, Et dimidia acra in Medlond sub Haselyngroue, Et dimidia acra supra viuarium in Eldindone iuxta terram Iohannis Philippi, Et dimidia acra in to Okris iuxta terram Rogeri Goderich, Et dimidia acra in Thornbreche iuxta terram Willelmi Finemere, Et dimidia acra in Ferniforlonge iuxta terram Roberti le Wise, Et dimidia acra in Northefeld in Thedede Claye iuxta terram dicti R. G., Et dimidia acra in Brocforlonge iuxta terram Willelmi de Cimiterio, vna cum dote Dionisie matris mee, cum omnibus suis pert., cum acciderit, & omnia alia tenementa que aliquo iure michi accidere possint vel deberent, Habendas . . . [&c., absolutely], Reddendo inde per ann. capitali domino feodi xvj*d.* argenti ad ij anni terminos, scilt. . . [8*d.* at Michaelmas and Lady day], & michi & heredibus meis j rosam per ann. ad festum S. Iohannis Baptiste, pro omnibus seruicijs . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dedit michi predictus magister R. xij marcas argenti pre manibus. Et vt hec . . . [sealing clause].

770.

A. p. 107, b.

[The same to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of a rent of 10*d.* and one rose per annum.]

[1278–84.] *Remissio xd. et j rose per cartam Stephani le Dispenser per annum.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Stephanus le Dispenser de E. concessi, remisi & omnino quietum clamaui, de me & heredibus meis, domino Iohanni Pr. S. F. Oxon' et eiusdem loci Con. et eorum successoribus redditum x*d.* annui redditus, in quibus michi Philippus Minkan tenebatur pro omnibus terris & tenementis que de me tenuit in villa & campis de E., & homagium et totum seruicium ipsius P. & heredum vel assignatorum suorum, Et similiter redditum j rose per ann. prouenientem de terris & tenementis que magister Ricardus de S. F. prius de me tenuit in eadem villa, et homagium & totum seruicium ipsius magistri R., heredum et assignatorum suorum, & quicquid de tenementis que predicti tenentes tenent cum pert. ad me vel ad heredes meos aliquo casu possit descendere, accidere seu reuerti, sine aliquo retinemento, imperpetuum, Habenda . . . [&c.], in liberam, puram & perpetuam elemosinam, absque aliquo seruicio inde faciendo. Et ego . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause].

771.

A. p. 108.

[The same to Philip Minkan. Charter appointing him his Attorney to do service due to the Prior and Convent of St. Frideswide.]

[1278–84.] *Carta attornacionis Philippi Minkan per Stephanum supradictum.*

Stephanus le Dispenser de Elsefeld dilecto & fideli suo Philippo Minkan Salutem. Scias me assignasse & attornasse te, heredes & assignatos tuos, ad facienda domino Iohanni Pr. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. & eorum successoribus homagium & omnia alia seruicia & consuetudines, que michi facere prius debuisti, pro terris & tenementis que de me tenuisti in E., sine aliquo retinemento, imperpetuum. Quare volo quod tu, heredes & assignati tui, de omnibus seruicijs & consuetudinibus, que michi prius pro predictis tenementis facere debuisti, predictis Pr. & Con. et eorum successoribus de cetero sitis intendentes & in omnibus respondentes imperpetuum. In cuius rei, &c.

772.

A. p. 107. O. C. No. 100[1].

[Richard of St. Frideswide to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of the same.]

Predicti magistri Ricardi carta de terris nobis datis supradictis. [c. 1300–10.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Rich[ardu]s [2] de S. Frideswyd' [3], Rector Eccl. S. Michaelis australis Oxon', dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. Frideswyd & Can. . . [&c.] x acras terre mee arabilis, cum omnibus vbicunque eius pert., in villa de E., quas Stephanus le Despenser [4] de eadem michi vendidit, vna cum dote Dyonisie [5] matris sue, cum omnibus pert. suis, cum acciderit, & omnibus aliis tenementis que aliquo iure michi accidere possint uel deberent, prout in carta [6] feofamenti [7] dicti S. quam michi fecit plenius continetur, Habenda . . . [&c.], faciendo inde capitalibus dominis seruicium debitum & consuetum. Et ego . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause]. Hiis testibus [8], dominis Hugone de Placetis, Fulcone de Ricote Militibus, Roberto de Louches, Roberto Neel, Willelmo Bastard, Thoma Thursteyn, Hugone de Stowode, Waltero de Wynchyndon' & multis aliis.

773.

A. p. 107, b.

[Thomas Thursteyn to the same. Quit claim of all right in the same.]

Relaxacio Thome Thursteyn de terris supradictis. [c. 1300–10.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Thomas Thursteyn de Merston' Salutem in Domino. Noueritis me relaxasse & penitus, pro me & heredibus meis, imperpetuum quietum clamasse viris religiosis Pr. & Con. S. F. Oxon' totum ius meum & clamium quod habui, vel aliquo modo habere potui, in x acris terre, cum pert. suis, in villa de E., in quibus ius clamaui nomine Stephani le Dispenser post mortem Dionisie matris sue, et de quibus x acris terre cum pert. dicti religiosi fuerunt feoffati per magistrum Ricardum de S. F., & seisiti per seruicium viij*d.* ante statuta religiosorum confecta. Ita quod ego T., nec aliquis heredum

[1] In excellent condition. Transcript therefrom. [2] Ricardus. [3] Frideswyda. [4] Dispenser. [5] Dionisie. [6] No. 769. [7] feoffamenti. [8] Witnesses O. C. only.

meorum vel assignatorum, pro me vel nomine meo, nunquam imposterum aliquid iuris vel clamij in predictis x acris, cum pert. omnibus & singulis, infra villam vel extra, aliquo iure vel casu contingente, petere vel exigere possumus nec debemus. In cuius rei . . . [sealing clause]. Hijs testibus, domino Iohanne de Elsefeld et alijs.

774.

A. p. 104.

[Hugh Fitz-William of Elsfield to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of a rent of 4*s.* per annum towards lighting the Church of St. Frideswide.]

[c. 1290.] *De iiij*s. *concessis ad luminare S. F. de Suttelnestote mulle ibidem.*

Sc. tam pres. quam fut. quod Ego Hugo, f. Willelmi de E., dedi . . . [&c.] Eccl. S. F. de Oxon' et Can. . . [&c.], in perpetuam elemosinam, ad luminaria Eccl. nominatim sustinenda, iiij*s.* in molendino de Suttulnestote, pro salute. . . [&c.], ad iiij anni terminos soluendos, et hoc libere & quiete et absque omni seruicio terreno [1 2*d.* quarterly, commencing Michaelmas].

775.

A. p. 104, b. C. p. 314. No. 484.

[John of Elsfield to the same. Confirmation of the above gift.]

[c. 1290.] *Confirmacionis carta de iiij*s. *supradictis.*

Incipiunt carte de dominio terrarum in Ellesfeld & confirmaciones earum. [C. marg.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Iohannes de E. concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F.[1] Oxon' & Can. . . [&c.] cartam Hugonis de E. de iiij*s.* ad luminaria eiusdem Eccl. annuatim reddendis de molendino quod vocatur Suttulnestote[2] per manum meam, vel heredum meorum, vel Balliuorum nostrorum, ad iiij anni terminos, viz. . . [1 2*d.* quarterly, commencing Midsummer]. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

[1] Frideswide. [2] Sutulnescote.

776.

A. p. 104, b.

[The same to the same. Permission to distrain for arrears of a rent of 8*s*. per annum on a house belonging to him in Elsfield.]

*Item alia carta de iiij*s. *pro decimis molendini predicti & de alijs iiij*s. *supradictis excepta quinta parte.* [1295. May 21.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Iohannes de E., f. domini Gilberti de E., Salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra quod cum religiosi viri Pr. & Con. S. F. Oxon' a tempore quo non extat memoria viij*s*. annui redditus ad Feretrum B. F. Virginis deputatos habere et percipere consueuerunt, et hucusque dubitauerunt vbi pro dicto redditu leuando, quociens in toto vel in parte a retro fuerit, eis distringere liceret, ego prefatus I. illud tenementum quod Geua de molendino tenet de me in villenagio in villa de E., ad quorumcunque manus deuenerit, quociens dictus redditus in toto vel in parte a retro fuerit, districcioni dictorum religiosorum, pro me & heredibus meis & assignatis, specialiter subijcio per presentes, Ita quod predicti religiosi nichil iuris vel clamij seu dominij in predicto tenemento propter predictum redditum viij*s*. per ann. sibi vendicare valeant in futurum. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. Oxon' in vigilia Pentecoste, A° regni Regis E. xxiij°.

777.

A. p. 105.

[The same to the same. Quit claim of all right to a drink for himself, his tenants and family at the Priory on St. Frideswide's day.]

Quieta clamacio Iohannis predicti de potura pro se & tenentibus suis in die S. Frideswyde. [1295. May 21.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Iohannes [de] E., f. domini Gilberti de E., Salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra me remisisse et imperpetuum, pro me & heredibus meis, quietum clamasse religiosis viris Pr. & Con. S. F. Oxon' totum ius & clamium, si quod habui vel aliquo modo habere potui, in quadam libacione annua, quam pro me & tenentibus meis, necnon & pro familia mea de E., ab eisdem religiosis die S. F. in Domo sua Oxon' pecij & exegi. Ita quod ego vel heredes mei seu assignati, vel eciam aliquis alius nomine nostro,

nichil iuris vel clamij in eadem libacione in toto vel in parte vendicare valeamus in futurum. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. Oxon' in vigilia Pentecoste. A° regni Regis E. xxiij°.

778.

A. p. 106.

[The Vicar of Elsfield and the Prior and Convent of St. Frideswide. Scheme for the future regulation of the Vicarage.]

[129⅚. Jan. 18.] *Transcriptum ordinacionis Vicarie Eccl. predicte.*

PATEAT vniuersis quod cum dominus Willelmus de magna Rollyndritht, perpetuus Vicarius Eccl. de E., quam religiosi viri Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon' tanquam proprijs vsibus appropriatam detinent, reuerendo patri domino O., D. G. Lincoln' Episcopo, super Vicarie sue exilitate conquestus fuisset, tandem inter dictum Vicarium querulum, ex parte vna, & prefatos religiosos, ex altera, memorata querela in forma subscripta amicabili composicione quieuit, Viz. quod dicti religiosi, cognito quod porcio dicte Vicarie propter quosdam annos steriles parochianorum que inopia iam de nouo diminuta fuisset, compassionis et caritatis intuitu, iij quarteria bladi apud S. F. Oxon', seu apud grangiam suam de E., sine contradiccione vel impedimento quolibet exsoluenda subscriptis terminis concesserunt, viz. ad festum S. Michaelis dimidium quarterium frumenti et dimidium quarterium ordei, ac tantundem ad festum B. Virginis, [item][1] tantundem ad festum Pentecoste de bono blado ac eciam competente sine fraude qualibet, Ita tamen quod si contingat dictam Vicariam sic ad statum redire pristinum vel antiquum quod ad ipsius Vicarij congruam sustentacionem sufficiat vt solebat occasione concessionis prefate, ad solucionem dicti bladi memorati religiosi nullatenus teneantur. In cuius rei testimonium sigilla dictorum Pr. & Con. et Vicarij huic scripto in modum Cirographi confecto sunt alternatim appensa, et ad maiorem rei euidenciam sigillum domini Archidiaconi Oxon' eidem est procuratum apponi. Dat. Oxon' xv. Kal. Febr. A.D. M°CC°XCV°.

[1] itaque MS.

779.

A. p. 108. Patent Roll, 19 Edward II, part 1, memb. 13[1].

[Royal licence for William of Draycote to give and the Prior and Convent of St. Frideswide to receive two messuages and forty-eight acres of land.]

Licencia domini Regis pro appropriacione certarum terrarum & tenementorum in villis de E. & Thomele facienda. [1325.] Nov. 28.

Pro Pr. & Con. S. Frideswide Oxon'. [P. R. marg.]

Rex omnibus ad quos[2], &c. Salutem. Sciatis quod cum per litteras nostras patentes concesserimus & licenciam dederimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Xpo Pr. & Con. S. Frideswide Oxon' quod ipsi xx libratas terrarum, tenementorum & reddituum per ann., secundum verum valorem eorundem, tam de feodo suo proprio quam alieno, exceptis terris & tenementis & redditibus que de nobis tenentur in capite, acquirere possint, Habendas & tenendas sibi & successoribus [suis] imperpetuum, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in litteris nostris predictis plenius continetur, Nos, volentes concessionem nostram predictam effectui mancipari, concessimus & licenciam dedimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, Willelmo f. Willelmi de Draycote quod ipse ij messuagia & xlvj acras terre & ij acras terre cum pert. in E. & Thomele[3], que de predictis Pr. & Con. tenentur, sicut per inquisicionem per dilectum nobis Ricardum le Wayte, Escaetorem nostrum in Comitatibus Suht', Wiltes[4], Oxon', Berk', Bed' & Buk', de mandato nostro inde captam & in Cancellariam nostram retornatam est compertum, dare possit & assignare prefatis Pr. & Con., habenda & tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum, in valorem xs. terre & redditus per ann., in partem satisfaccionis xx libratarum terrarum, tenementorum & reddituum predictarum, Et eisdem Pr. & Con. quod ipsi predicta messuagia, terram & pratum cum pert. a prefato W. recipere[5] possint & tenere sibi & successoribus suis predictis imperpetuum, sicut predictum est, tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem, statuto predicto non obstante[6], Nolentes quod prefatus W., vel heredes sui, aut predicti Pr. & Con., seu successores sui, racione statuti predicti, per nos vel heredos nostros inde occasionentur in aliquo * seu grauentur,

[1] Transcript therefrom. [2] Edwardus D. G. Rex Anglie. [3] Thornele P. R. [4] Wyles. [5] percipere. [6] This clause omitted here and inserted at * P. R.

saluis tamen capitalibus dominis feodi illius seruicijs inde debitis & consuetis. In cuius rei, &c. Teste, Rege apud Westm' xxviij° die Nouembris[1].

780.

A. p. 108, b.

[William of Draycote to the Prior and Convent of St. Frideswide. Conveyance of a messuage and a virgate of land.]

[c. 1325.] *Carta Willelmi Draycote de j messuagio et j virgata terre in villa predicta.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Willelmus de Draycote dedi . . . [&c.] Pr. Eccl. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. j messuagium & j virgatam terre cum pert. in E., illa viz. messuagium & terram, cum pratis, pasturis & omnibus alijs pert. suis, que Galfridus de Northebrok' aliquando tenuit de predictis Pr. & Con. per seruicium iiij*s*., Habenda . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, imperpetuum. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] predictus Pr. dedit michi j summam pecunie pre manibus. Et vt hec . . . [sealing clause].

781.

A. p. 109.

[Robert Fitz-Geoffrey of Northbrook to the same. Quit claim of all right in the same.]

[c. 1325.] *Quieta clamacio Roberti f. [Galfridi][2] Northebrok' de messuagio & terris supradictis.*

Pateat vniu. per pres. quod Ego Robertus, f. & heres Galfridi de Northbrok' de E., remisi &., pro me & heredibus meis, imperpetuum quietum clamaui Pr. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] totum ius & clamium quod habui, habeo, seu quouis iure habere potero, in quodam messuagio, j virgata terre arabilis, pratis, pascuis & pasturis eidem messuagio in villa & in campis de E. adiacentibus, que quidem messuagium, terre et prata cum pert. fuerunt quondam G. patris mei, Ita vero quod nec ego dictus R., nec heredes mei, nec aliquis alius nomine nostro, aliquid iuris vel clamij in dictis messuagio, terris & pratis cum pert. de cetero exigere valeamus, seu quouis modo vendicare, set ab omni accione, iure & clamio in eisdem exclusi simus imperpetuum per presentes. Et ego . . . [warranty]. In cuius rei . . . [sealing clause].

[1] This clause omitted. [2] Roberti MS.

782.

A. p. 109.

[Report of a Court of Enquiry held at Oxford that it will not be to the loss of the King to allow Thomas, Lord of the Manor of Elsfield, to assign certain lands there to the Prior and Convent of St. Frideswide in exchange for the fifth part of the Manor granted to them by William of Stratford.]

Memorandum de processu facto circa escambium certarum terrarum cum domino eiusdem ville, vt patet inferius. [1369.] June 2.

Inquisicio facta apud Oxon' in Comitatu Oxon' ij° die Iunij A° regni Regis E. iij^i^ post conquestum xliij°, coram Iohanne de Euesham Escaetori domini Regis in Comitatu predicto, virtute breuis domini Regis eidem Escaetori directi, per sacramentum Willelmi Eylot, Willelmi Cosyn, Thome Northe, Willelmi Eustace, Ade Oppe, Ricardi Milborn, Iohannis Berford, Walteri atte Welle, Iohannis Bydowe, Iohannis Stowford, Radulphi Gerford & Willelmi Thame, oneratorum & iuratorum super articulis [in dicto][1] breui contentis, Qui dicunt per sacramentum suum quod non est ad dampnum nec preiudicium domini Regis aut aliorum licet dominus Rex concedat Thome de E. quod ipse dare, concedere et assignare possit Pr. S. F. Oxon' et eiusdem loci Con. lxxiiij acras terre, vij acras prati, xliij acras pasture, et xxxvj acras bosci, cum pert., in villa de E., in escambium pro quinta parte Manerij de E., vnde dicti Pr. & Con. de quolibet edificio & placea in dicta villa de E., et eciam de qualibet quinta acra terre, prati, pasture & bosci, ac de quinta parte molendinorum, aquarum & piscariarum & omnium aliorum proficuorum ad dictum Manerium pertinencium ante tempus memorie habuissent et tenuissent. Et dicunt quod lxxiiij acre terre, vij acre prati, xliij [acre][2] pasture, & xxxvj [acre][2] bosci in predicta villa de E. xxiij terre iacent subtus Lechesplace, precium acre iiij*d.*, xxvj acre terre iacent in a[3] bosco de E., extendentes vsque Merstonesmersch, precium acre iij*d.*, xxv acre terre iacent in le Breche, precium acre ij*d.*, et eo minus quod semper iacet ad pasturam, vij acre prati iacent adiuncte iuxta pratum ville de Wodinton' ex parte boriali, precium acre xviij*d.*, xliij acre pasture iacent in quadam placea vocata Sideleyecroft, precium acre j*d.*, & eo minus appreciatur quia fere per totum annum demergitur per aquam, xxxvj acre bosci, precium acre j*d.*, & eo minus appreciatur quia totum deuastatur et iacet in communi quod claudi non [potest][4]. Summa tocius valoris terre,

[1] indictis MS. [2] acras ib. [3] sic ib. [4] possunt ib.

prati, pasture & bosci per ann. xxxv*s.* v*d.* Et dicunt quod predicta quinta pars Manerij predicti in manu predictorum Pr. & Con. valet per ann. in omnibus exitibus iuxta verum valorem xl*s.* Et dicunt quod integrum Manerium de E. tenetur de Iohanne Stratford per seruicium militare. In cuius rei, &c.

783.

A. p. 109, b. Patent Roll, 43 Edw. III, part 2, memb. 30[1].

[Royal Licence for the said exchange.]

[1369.] July 12. *Licencia domini Regis pro escambio predicto faciendo.*

Pro Priore S. Frideswide Oxon', pro certis terris in Ellesfield. [P. R. marg.]

Rex[2] omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quod cum Willelmus f. Willelmi de Stratford, quondam dominus Manerii de Ellesfeld, ante tempus memorie dedisset & concessisset tunc Pr. & Con. S. Frideswide Oxon' quintam partem tocius Manerii predicti, quod de nobis non tenetur in capite, Habendam . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, imperpetuum, et super hoc ad implendum donacionem & concessionem predictas quodlibet quintum edificium & placeam in dicta villa de E., & eciam quamlibet quintam acram terre, prati, pasture & bosci, ac quintam partem molendinorum, aquarum & piscariarum ad dominium illud pertinencium predictis tunc Pr. & Con. liberasset & ipsos inde in seisinam posuisset, Quarum quidem donacionis, concessionis & liberacionis pretextu, ac virtute confirmacionum per nos & progenitores nostros, quondam Reges Anglie, inde factarum, nunc Pr. & Con. loci predicti & predecessores sui a tempore predicto semper hactenus quintum edificium & placeam in dicta villa de E. & eciam quamlibet[3] quintam acram terre, prati, pasture & bosci, ac quintam partem molendinorum, aquarum & piscariarum & omnium aliorum proficuorum ad dictum Manerium pertinencium habuerunt & tenuerunt, & sic dicti nunc Pr. & Con. dicti loci eandem quintam partem habent & tenent in presenti, vt accepimus, Nos, ad supplicacionem tam predictorum Pr. & Con. quam Thome de E., nunc domini Manerii predicti, nobis factam, quod cum inter eosdem Pr. & Con. & prefatum T. sit pro communi commodo & quiete vtriusque partis concordatum quod predicti Pr. & Con. & successores sui, licencia nostra mediante, certas parcellas dominii predicti per se in certis locis limitandas, & predictus T. & heredes sui

[1] Transcript therefrom. [2] Edwardus D. G. Rex Anglie, &c. [3] quamlibet om.

totum residuum Manerii predicti habebunt, Volentes in hac parte graciam facere specialem, concessimus & licenciam dedimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, tam eidem T. quod ipse lxxiiij acras terre, vij acras prati, xliij acras pasture & xxxvj acras bosci cum pert., in campo & dominio Manerii predicti prefatis Pr. & Con., habendas sibi & successoribus suis in escambium pro dicta quinta parte Manerii predicti, cum pert., per ipsos Pr. & Con. prefato T.[1], habenda sibi & heredibus suis, danda & concedenda dare & assignare, quam prefatis Pr. & Con. quod ipsi dictam quintam partem dicti Manerii cum pert. predicto T., habendam sibi & heredibus suis in escambium predictum, pro dictis lxxiiij acris terre, vij acris prati, xliij acris pasture & xxxvj acris bosci cum pert. predictis[1] Pr. & Con., habendis sibi & successoribus suis, dandis & assignandis, dare & concedere possint, Ita quod iidem Pr. & Con. dictas lxxiiij acras terre, vij acras prati, xliij acras pasture & xxxvj acras bosci cum pert. eisdem Pr. & Con. per prefatum T. dandas & assignandas sibi & successoribus suis, in puram & pepetuam elemosinam, per eadem seruicia per que dictam quintam partem cum pert. prius tenebant, et predictus T. dictam quintam partem cum pert., sibi per prefatos Pr. & Con. in escambium predictum sic dandam & concedendam eidem T. & heredibus suis, per eadem seruicia per que idem T. dictas lxxiiij acras terre, vij acras prati, xliij acras pasture & xxxvj acras bosci cum pert. prius tenebat de capitalibus dominis feodi illius habeant & teneant imperpetuum, Et tam prefatis Pr. & Con. quod ipsi dictas lxxiiij acras terre, vij acras prati, xliij acras pasture & xxxvj acras bosci cum pert. sibi per prefatum T. dandas & assignandas, habendas sibi & successoribus suis a prefato T., quam eidem T. quod ipse dictam quintam partem cum pert. sibi per prefatos Pr. & Con. sic dandam & concedendam, habendam eidem T. & heredibus suis ab eisdem Pr. & Con., recipere possint & tenere in escambium predictum imperpetuum, sicut predictum est, tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, Nolentes quod predictus T., vel heredes sui, aut prefati Pr. & Con., seu successores sui, racione premissorum, seu statuti predicti, per nos, vel heredes nostros, Justiciarios, Escaetores, Vicecomites, aut alios Balliuos seu Ministros nostros quoscunque, occasionentur, molestentur in aliquo seu grauentur. In cuius, &c. Teste Rege, apud Westm' xij° die Julii[2].

[1–1] & heredibus suis in escambium predictum pro lxxiiij acris terre, vij acris prati, xliij acris pasture & xxxvj acris bosci, cum pert., eisdem. [2] This clause om.

784.

A. p. 110, b.

[The Prior and Convent of St. Frideswide and Thomas of Elsfield. Agreement respecting the same.]

[c. 1370.] *Carta Thome de E. de escambio terrarum et tenementorum supradictorum.*

Hec indentura facta inter Pr. et Con. Mon. S. F. Oxon', ex parte vna, & Thomam de E., ex parte altera, testatur quod predictus T. de E., dominus Manerij de E., dedit . . . [&c.] dilectis in Xpo prefatis Pr. & Con. lxxiiij acras terre, v acras & j virgatam prati, xxxiij acras bosci, cum suis pert., in campo & dominio Manerij de E., prout per metas & bundas in certis locis per predictum T. ibidem limitantur & assignantur, prefatis Pr. & Con., Habendas . . . [&c.] imperpetuum, in escambium pro omnibus terris, pratis & boscis vbicunque in predictis Manerio & villa de E., & campis eorundem que predicti Pr. & Con. habent, vel clamant habere, in predictis Manerio et villa, & eciam in pastura de Ryworthe in eodem Manerio, exceptis terris & tenementis dictorum Pr. & Con. que in manibus tenencium eorundem Pr. & Con. ibidem ab antiquo tempore esse solebant, saluis prefato T. & heredibus suis warenna sua libera, fugacione, chacia & venacione per totum Manerium predictum, & omnibus alijs iuribus & libertatibus suis que predictus T. vel antecessores sui ibidem habere consueuerunt, Tenendas de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita & de iure consueta imperpetuum, Et quod prefati Pr. & Con. dederunt . . . [&c.] predicto T. omnes terras, prata et boscos suos in predictis Manerio et villa de E., & totam pasturam suam quam habent in Ryworthe, Habenda . . . [&c.], in escambium predictum de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde debita et de iure consueta imperpetuum, saluis predictis Pr. & Con. & successoribus suis omnibus alijs iuribus, libertatibus & consuetudinibus suis que prefati Pr. & Con., aut antecessores sui, ibidem habere consueuerunt, & tota pastura vocata Sidelecrofte, que superius per nomen terre eisdem Pr. & Con. & successoribus suis per factum & escambium predicta conceditur. Et tam predicti Pr. & Con., pro ipsis & successoribus suis, quam prefatus T., pro se & heredibus suis, volunt & concedunt per presentes quod si predicti Pr. et Con., vel eorum successores, aut predictus T., vel heredes sui, tenementa predicta in istud escambium data prefato T. & heredibus suis, quam[1] omnia tenementa aut aliquam parcellam eorundem contra formam et effectum escambij predicti recuperauerint, quod extunc bene liceat

[1] sic MS.

tam predictis Pr. & Con. & eorum successoribus omnia predicta tenementa, per ipsos Pr. & Con. in escambium istud prefati T. sic data prefato T. & heredibus suis, quam omnia tenementa per predictum T. in istud escambium predictis Pr. & Con. data, in quorumcunque manibus deuenerint, reintrare & in pristino statu penes se imperpetuum retinere. Et tam prefati Pr. et Con. . . [mutual warranty]. In cuius rei . . . [sealing clause].

785.

A. p. 111, b.

[Customary services to be rendered by the tenants of Elsfield.]

Opera et consuetudines que tenentes de E. ab antiquo facere consueuerunt per ann.

Die proxima post festum Natiuitatis S. Iohannis Baptiste, qui tenet j virgatam terre faciet operas suas in j septimana per iij dies et in alia per ij dies. Et si dominus Pr. vult habere redditum pro seruicio predicto habebit vs. de vnaquaque virgata terre, excepto hoc quod falcabunt per j diem ante festum S. Iohannis et leuabunt prata per j diem. Et cariabunt fenum per j diem & serclabunt per j diem. Et in autumpno cariabunt bladum per j diem. Et ibunt ad nemus cum famulis domini, vnusquisque cum summa j equi, minores cum summa propria, & omnes debent arrare per iij dies in anno & habebunt iantaculum. Et debent facere iij bederopia vnaquaque virgata terre cum iij hominibus sine cibo & potu, et quartum cum cibo & potu, et si voluerit plura habere bederopia habebit j hominem pro cibo. Et vnusquisque inueniet j hominem ad triturandum tramisium contra Natale Domini, tam cotrelli quam alij, et preparabunt illud si voluerit Balliuus, & habebunt cibum cum potu. Et herciabunt per ij dies sine cibo & potu. Et facient exhennia Priori contra Natale Domini. Et debent colligere nuces, scilt. iij socij j bussellum & alij iij alterum bussellum.

A. p. 111, b.

Notandum quod Eccl. S. Frideswyde habet ibidem Weyues & Strayues, & liberam Curiam suam cum visu Franciplegij. Et tenentes ibidem solent ab antiquitate venire ad Hundredum de Bruggesete, & debent bis in anno infra dominium de Bolles.

[pp. 112–116, b. inc. blank in A.]

PIDDINGTON[1].

786.

A. p. 117.

Printed K. P. A. i. 460, from *Collectanea W. Wyrley*, f. 9, and D. M. ii. 147. No. XVI, from K. P. A.

[Malcolm, King of Scots, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of the vill of Piddington.]

[c. 1159[2].] *Carte & confirmaciones ville de Pydinton'.*

MALCOLMUS, Rex Scotorum, Dapifero suo de Huntindon' et Baronibus suis et omnibus probis hominibus suis tocius Honoris, Francis & Anglis, Clericis & laicis, Salutem. Sciatis me dedisse [Deo][3] & S. Marie & Eccl. S. F. Oxenford & Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, villam P. in Oxenfordscire, pro salute mea et matris mee & fratrum meorum, & pro anima aui mei et patris mei & omnium parentum meorum, ita [vt][3] Iohanna in vita sua teneat & seruicium inde debitum Can. predictis reddat, post decessum vero prefate I. villa predicta eisdem Can. remaneat in perpetuam possessionem & elemosinam, cum omnibus pert. suis, in bosco & plano, in pascuis & pasturis, et cum omnibus alijs pert. suis que ad eandem villam pertinent. Hijs subscriptis testibus, Herberto[4] Episcopo Glasg', &c., apud Trasqueir[5].

787.

A. p. 117.

Secunda carta eiusdem Malcolmi Regis Scottorum & Comitis Huntindon'.

[A Charter identical in terms with the above, except that a clause is introduced stating that the benefaction was made 'ad sustentacionem v. Can. imperpetuum,' Iohanna is described as 'soror Thome Bassett,' a warranty is added, and no witness is named.]

[1] Piddington, Oxon, usually written in the text Pydinton', four and a half miles south-east of Bicester. [2] K. P. A. i. 161. [3] Interlineation in a later hand. [4] Herbert, Bp. of Glasgow 1147–64, Keith's *Scottish Bishops*, p. 232. [5] Traquair, Co. Peebles.

788.

A. p. 117.

Printed K. P. A. i. 548, from A., and D. M. ii. 147. No. XVII, from K. P. A.

[Royal confirmation of the above grant.]

Confirmacio domini Regis Henrici de villa predicta. [c. 1160.]

HENRICUS, Rex Anglie & Dux Normannie & Aquitannie & Comes Andegauie, Archiepiscopis, Episcopis, &c. Salutem. Sciatis me concessisse . . . [&c.] Deo & S. Marie & Eccl. S. F. de Oxon' & Can. . . [&c.] villam de Pydentona in Oxenfordscira, quam Malcolmus Rex Scotorum eis concessit & dedit in perpetuam elemosinam & carta sua confirmauit, ita vt Iohanna soror Thome Bassett eam teneat in vita sua, & quam diu vixerit seruicium inde debitum Can. predictis reddat, et post decessum eius villa predicta [eisdem] Can. remaneat, cum pert. suis, in perpetuam elemosinam & possessionem. Quare volo et firmiter precipio quod predicta Eccl. et Can. eiusdem Eccl. predictam villam cum omnibus pert. habeant et teneant, in bosco in plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, in vijs & semitis, & in omnibus alijs locis & alijs rebus ad eam pertinentibus, ita bene & in pace, libere & quiete, plenarie & integre & honorifice & racionabiliter, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis, sicut carta M. Regis Scocie testatur.

789.

A. p. 117, b.

Printed K. P. A. i. 549, from A.

[Confirmatory Charter of Thomas Archbishop of Canterbury.]

Carta confirmatoria S. Thome Cant' de eadem. [1162–70.]

THOMAS[1], D. G. Eccl. Cant' minister humilis, vniu. S. Matr. Eccl. fil. Salutem. Collata sanctis ac venerabilibus locis beneficia cum graciarum debemus accione, quod ad nos pertinet, confouere. Ea propter, donacionem illam quam dilectus f. noster Malcolmus, illustris Rex Scotorum, fecit Eccl. S. F. in Oxenf' de villa de Pydentona ratam habentes, & iuxta cartam eiusdem Regis Scot' nostri scripti munimine confirmantes, statuimus ne quis eiusdem Eccl. Can. in huius ville siue rerum adia-

[1] Thomas à Becket, 1162–70.

ciencium possessione contra cartam domini nostri Regis Angl' H. et cartam dicti Regis Scot' concutere vel aliquibus exaccionibus indebitis vexare presumat.

790.

A. p. 117, b. C. p. 305. No. 464.

Printed K. P. A. i. 100, from C. and i. 549, from A., also D. M. ii. 148. No. XIX, from C.

[Simon Earl of Huntingdon to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of the vill of Piddington.]

[c. 1160[1].] *Carta Simonis Comitis Huntyngdon' super &c.*

COMES Simon omnibus hominibus suis Francis & Anglis[2], tam Clericis quam laicis, Salutem. Sciatis me dedisse Deo & S. Marie & Eccl. S. F.[3] Oxon' & Can. . . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, villam Pidintonam[4] in Oxenfordscira[5], pro salute mea & patris & matris mee . . . [&c.], ita vt Iohanna in vita sua teneat & seruicium inde debitum Can. predictis reddat, post decessum vero prefate I. villa predicta eisdem Can. remaneat in perpetuam possessionem et elemosinam, cum omnibus pert. suis alijs, in bosco & plano, in pascuis, in pasturis, & cum omnibus pert. suis alijs, que ad eandem villam pertinent. Hijs subscriptis testibus[6], Herberto f. Athelardi, Waltero de D., &c.

791.

A. p. 118. C. p. 290. No. 441.

Printed K. P. A. i. 550, from A. D. M. ii. 147. No. XVIII, from K. P. A.

[Bull of Pope Alexander III directing the restoration to the Prior and Convent of St. Frideswide of the vill of Piddington, which had been unjustly taken from them.]

[c. 1170-80.] *Bulla Alexandri Pape directa Archiepiscopo Cant' & Episcopo Cicestren' pro restitucione dicte ville facienda.*

ALEXANDER Episcopus . . . [&c.] venerabilibus fratribus Cant' Archiepiscopo, apostolice sedis legato, & Cicestren' Episcopo Salutem

[1] Dugdale (*Bar.* i. 58) and Kennett (*Par. Ant.* i. 100) both date this Charter c. 1093, i.e. before the monastery was founded. There can be therefore little doubt that the date given above, and which is also assigned to it D. M. ii. 135, is correct. [2] tam Francis quam Anglis. [3] Frideswide. [4] Pidentonam. [5] Oxenefordsire. [6] Witnesses A. only.

. . . [&c.]. Ex parte Pr. & Fratrum Eccl. S. F. ad aures nostras noueritis peruenisse quod cum bone memorie M., quondam Scot' Rex, eidem Eccl. villam de Pydintona, cum vniuersis pert. suis, in perpetuam elemosinam contulisset & scripti seu munimine confirmasset, ita quidem quod Iohanna nobilis mulier in vita sua eandem villam teneret, et seruicium quod de predicta villa eidem Regi debuerat prefate Eccl. solueret, W[illelmus] frater eius, qui sibi in regno successit, eandem villam prescripte Eccl. abstulit, & postmodum Dauid frater eius, qui Honorem de Huntindon' tenuit, prescriptam villam, que ad ipsum Honorem spectare dinoscitur, iniuste detinuit, & nunc Comes Simon, qui prescripte Eccl. pretaxatam villam scripti sui robore confirmauerat, contra Deum, in sue salutis periculum, detinet occupatam. Quum igitur quod Deo semel offertur non debet ei temeritate qualibet subtrahi vel auferri, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus, inquisita veritati rei, si vobis constiterit eandem villam memorate Eccl. violenter ablatam fuisse, eidem Eccl. villam ipsam auctoritate nostra, contradiccione et appellacione cessante, restitui faciatis, & deinde si quis aduersus prefatum Pr. & Fratres exinde agere voluerit, causam audiatis & fine debito terminetis. Si vero ad mandatum nostrum prelibata villa eidem Eccl. non fuerit restituta, in feodo sub quo eadem continetur, donec ipsa villa Eccl., appellacione remota, [restituatur], diuina prohibeatis officia celebrari. Dat. Ferentium, &c.

792.

A. p. 118. C. p. 290. No. 441.

Printed K. P. A. i. 161, from C.

[Another bull of the same confirming the grants of the vill of Piddington and the Churches of Fritwell and Worminghall to the Prior and Convent.]

Confirmacio predicti Alexandri super villa predicta. [c. 1170–80. May 20.]

Confirmacio Alexandri Pape de villa de Pidentona & Eccl. de Fretewell' & de Wormenhale. [C. marg.]

Alexander Episcopus . . . [&c.] dilecto f. Roberto Pr. de Oxenford[1] Salutem . . . [&c.]. Iustis petencium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que[2] a racionis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Ea propter, dilecte in Xpo f., tuis iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, villam

[1] Oxenefordensis. [2] qua A.

de Pydentona [1], cum omnibus pert. suis, quam recolende memorie Malcolmus Rex Scotorum Eccl. tue, deuocionis intuitu, contulit & scripto proprio confirmauit, Eccl. quoque de Frettewell' [2] & Eccl. de Wormenhale [3], cum pert. suis, racionabiliter predicte Eccl. concessas, tibi & eidem Eccl. auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus, statuentes vt nulli omnino hominum . . . [minatory clause]. Dat. Tusclan [4], xiij Kal. Iunij.

793.

A. p. 127.

Printed K. P. A. ii. 133, from A.

[Surrender by the Abbot and Convent of Missenden to the Prior and Convent of St. Frideswide of all rights claimed at Piddington under the gift of Alberic Earl of Damartin and Johanna his wife.]

[c. 1160.] *Relaxacio Abbatis et Con. de Mussenden' de bosco de Pydingtona pro Mussewell'.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil . . . [&c.] Abbas S. Marie de Mussenden' et eiusdem loci Con. Salutem. Ad omnium vestrum noticiam & perpetue rei memoriam deducimus per presentes, quod cum nos Ab. S. M. de M. et eiusdem loci Con. amicabiliter et caritatiue fuissemus requisiti per Pr. Mon. S. Frideswyde Virginis Oxeneford et eiusdem loci Con. de cartis et munimentis clausure de Mussewell' et eiusdem loci pert. nobis concessis, tandem, ad instanciam et rogatum dictorum Pr. & Con. inclinati, nos dicti Ab. & Con. cartas & munimenta Albrici Comitis de Damartyn & Iohane de Pidingtona [5], que fuit sponsa Guidonis de Riala, dictis Pr. et Con. S. F. Virginis Oxeneford ostendimus, in quibus predicti A. & I. concesserunt nobis communionem pasture, tam in bosco quam in plano, nostris dominicis animantibus eiusdem loci de M., et ad emendacionem domorum et sepium nostrarum de bosco de P. pro clausura de M., et predicta I. concessit nobis de dominico prato de P. ij acras prati, et super hoc nos dicti Ab. & Con., visis auditis et intellectis munimentis dictorum Pr. & Con. de dominio de P. & eiusdem pert., confessi sumus quod predicti Pr. & Con. habuerunt & habent predictum dominium de P. liberum, tam in bosco quam in plano, in pratis & pascuis, in aquis et molendinis, in vijs & semitis, & in omnibus alijs locis & rebus ad

[1] Pidentona. [2] Fretewella. [3] Wormehala. [4] A ends here with &c.
[5] The name is thus spelt throughout the Charter.

idem dominium pertinentibus, a tempore quo non extat memoria hominum, et post decessum vero predictorum A. & I. nos dicti Ab. et eiusdem loci Con. nichil vendicabimus, aut in futurum quouismodo successores nostri vendicare poterunt, infra limites siue bundas dominij de P., quare nos dicti Ab. & Con., ex mera nostra consciencia onerati, vim & effectum cartarum dictorum A. & I. imperpetuum renunciamus et remittimus firmiter per presentes. Et vt premissa . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Herberto Episcopo Glasg', Hugone Ridel, Willelmo de Lyndesya, Radulpho de Wyntona, Radulpho Heremita, Rogero de Mussenden' & multis alijs.

794[1].

A. p. 128.

Printed K. P. A. i. 458, from *Collectanea W. Wyrley*, f. 9 b.

[Record of the boundaries of Bernwood Forest.]

Copia perambulacionis Forestie de Barnewode. [c.1294[2].]

Item iuratores dicunt quod Foresta de Bernewode incipit apud Gosacreheued, que extendit in riuulum que vocatur Thame streme, inter campum de Thomeley & campum de Wormenhale, includendo Forestam ex parte dextra per omnes bundas & metas subscriptas, et excludendo extra Forestam ex parte sinistra totum residuum, Et sic vsque Shiremen, inter campum de Thomele & Wormenhale, Et sic vsque le Brodewey, Et sic vsque le Breche, Et sic vsque fossatum Otewyes Dyches Schrobbes apud le Gatecote, Et sic per le Holeway vsque Menemersch, Et sic vsque le Hok de Okewode apud Shortrudyngsend, Et sic vsque le Denebrok ad caput occidentale de orchard de Oklewode, Et sic ostendendo per le Denebroke vsque Suthwelleryne, Et sic vsque Suthewelheued, Et sic vsque Chalscroftestyle, Et sic vsque Wydyecrouch Att Schyreine, Et sic vsque Northcrofteshurn, Et sic vsque Oddestaple, Et sic vsque Stantputtes, Et sic per fossatum vsque Merelake, Et sic vsque le Garscroft Abbatisse de Goodestow, Et sic per fossatum Monshurnlake, Et sic vsque Croftwell' Ende, Et sic vsque Ernecotehath per fossatum, Et sic vsque Moulesho, Et sic vsque Corbynesnedle, Et sic, inter buscum Alani Plokenet et buscum Iohannis f. Nigilli, vsque Holwodebroke, Et sic vsque Yheytyndon, inter buscum domini Regis & buscum Alani Plokenett, Et sic vsque Monsewelldych, Et sic per hayam de Longelondesend, Et sic vsque le Hoke apud le freres losne, Et sic vsque Rysyford, inter dominicum Regis et Alani

[1] The handwriting of this document dates probably from about the middle of the fifteenth century.

[2] K. P. A. *ut supra.*

Plokenett, Et sic vsque Brendehegh, inter campum de Pydynton' et Lotegoreshall', Et sic vsque Woundenewere, inter Comitatus Oxon' & Buk', Et sic vsque Stodfold, Et sic vsque Hetheneburnde, inter Akemannestrete, inter diuisas Comitatuum Oxon' & Buck'.

795.

A. p. 118, b.

Printed K. P. A. ii. 12, from A.

[The Prior of St. Frideswide v. John de Handlo. Commencement of a suit for the recovery of the Manor of Piddington.]

[1329/30.] Hilary Term. *Placita apud Westm' coram Iohanne de Stonore & socijs suis, Iusticiarijs domini Regis de Banko, de termino Hillar' A° regni E. iij. iiij^to versus Iohannem Handlo.*

Pr. S. F. Oxon', per Willelmum de Mershton' Attornatum suum, petit aduersus Iohannem de Handlo Manerium de P. cum pert. vt ius Eccl. sue S. F. Oxon' per breue precipere in capite, &c., Et vnde dicit quod [quidam][1] Helias, Pr. Eccl. predicte, predecessor suus, fuit seisitus de predicto Manerio cum pert. in dominico suo vt de feodo et iure Eccl. supradicte tempore pacis, tempore domini H. Regis, [proaui][2] domini Regis nunc, capiendo inde expletum ad valenciam, &c., Et quod tale sit ius Eccl. supradicte, &c. offert, &c. Et I., per Willelmum de Coleshull' Attornatum suum, venit & defendit ius suum, quum, &c., Et dicit quod ipse predictum Manerium ad terminum vite sue, ex dimissione Hugonis le Despenser senioris, [tenet] & quod [idem Manerium][3] ad dominum Regem nunc spectat per forisfaccionem eiusdem H., vnde dicit quod ipse non potest predicto Pr. sine ipso domino Rege inde respondere, Et petit auxilium de ipso domino Rege, &c., [Et] dies datus est eis hic a die S. Trinitatis in xv dies [June 17, 1330], Et interim loquendum est cum domino rege.

796.

A. p. 118, b.

Printed K. P. A. ii. 13, from A.

[The same continued.]

Ad quem diem venerunt partes predicte per Attornatos suos, &c. & dies datus est eis hic in crastino S. eo quod nondum, &c., et

[1] quidem MS. [2] pro ara ib. [3] eiusdem Manerij ib.

interim loquendum cum domino Rege. Ad quem diem predictus I. fecit se esse non versus predictum Pr. de predicto placito, & habuit diem per essonium suum ad hunc diem, scilt. a die Pasch' in iij septimanas A° regni Regis nunc v° [April 21, 1331]. Et modo venit predictus Pr., in propria persona, & predictus I., per Thomam de Techewyk' Attornatum suum. Et super hoc dominus Rex mandauit breue suum Iusticiarijs suis hic in hec verba:—

Edwardus, &c. Iusticiarijs suis de Banco Salutem. Monstrauit nobis dilectus nobis in Xpo Pr. S. F. Oxon' quod cum ipse implacitet coram vobis in Banco predicto per breue nostrum Iohannem de Handlo de Manerio de P. cum pert., ac prefatus I. placitando coram vobis allegauerit ipsum tenere Manerium predictum cum pert. ex dimissione Hugonis le Dispenser senioris, dictum que Manerium post mortem prefati I. ad nos racione forisfacture predicti H. pertinere debeat, quo pretextu vos in placito predicto hucusque procedere distulistis et adhuc differtis, in ipsius Pr. graue dampnum et Eccl. sue preiudicium manifestum, super quo nobis vt super premissis faciamus de oportuno remedio prouideri, Nos nolentes eidem Pr. iusticiam differri, in hac parte vobis mandamus quod si ita est, tunc vlterius in placito secundum legem et consuetudinem regni nostri procedatis, & partibus predictis in premissis iusticiam faciatis, allegacione predicta non obstante, Ita quod ad iudicium inde reddendum nobis inconsultis nullatenus procedatis. Teste, meipso apud Westm'. xx° die Iulij A° regni nostri iiij^to^. [1330.] July 20.

797.

A. p. 119.

Printed K. P. A. ii. 14, from A.

[The same continued.]

Per quod dictum est predicto I. quod respondeat, &c.

Et I. defendit ius suum quantum, &c. & seisinam predicti Elie, quondam Pr. [Eccl.] predicte, de cuius seisina, &c. Et totum, &c., Et ponit se in magnam Assisam domini Regis, et petit recognicionem fieri vtrum maius ius habeat in Manerio de P. cum pert. ad tenendum Manerium predictum ad terminum vite sue iure domini Regis, sicut illud superius clamat tenere, an predictus Pr. petendi Manere de P. cum pert. vt de iure Eccl. sue S. F., sicut ille petit, Et offert domino Regi dimidiam marcam pro mensione habenda de tempore, & admittit per plegium Willelmi de Colshull' et Thome de Tochewyke, [et] dies datus fuit eis [ad][1] audiendam eleccionem magne Assise predicte hic a die S. Michaelis in xv dies, &c. [October 13, 1330.]

[1] de MS.

798.

A. p. 119, b.

Printed K. P. A. ii. 14, to *, from A.

[The same continued.]

Et tunc venerunt iiij Milites, &c.

Et postea, continuato processu inter partes predictas hic vsque hunc diem, scilt. a die Pasch' in iij septimanas, A° regni domini Regis nunc vij°, [April 25, 1333]* venere partes predicte, per predictos Attornatos suos, & Vicecomes retornauit nomina iiij Militum, viz. Willelmi Harcourt, Iohannis de Brumpton', Ricardi de Beaufo & Iohannis Miry, Militum, qui quidem Milites venerunt [et] [1], iurati per sacramentum suum, elegerunt Edmundum de Cornubia, Ricardum de Alburbury, Iohannem Golafr', Iohannem de Wroughton', Iohannem de Chetewode, Iohannem de Leukenore, Philippum de Oilesbury, Rogerum fitz Roand, Thomam de Burkele de Coburley, Iohannem Giffard de Lekhampton', Thomam de Coudray, Iohannem de Oddingeslee & Robertum de Sapi, Milites, & predictos W. de H., I. de B., & R. B. de seipsis iiij, &c. Ideo precatus est Vicecomes quod venire faciat apud Ebor' a die S. Michaelis in xv dies [October 13, 1333] predictos xij Milites electos et similiter predictos W. de H., I. de B. & R. de B. ad faciendam recognicionem magne Assise predicte.

799.

A. p. 119, b.

Printed K. P. A. ii. 29, from A.

[The same continued. The King to the Sheriff of Oxfordshire. Writ directing him to require John de Handlo to restore the Manor of Piddington to the Prior of St. Frideswide.]

[1335[2].] *Et memorandum que ces processes fust discontinue purcee que Robert Turneston' dimisa son esta, & pus ledit plee fust reneule par nouele originale ala sute Pr. Iohannis de Lutelmor, in hec verba.*

Rex Vicecomiti Oxon' Salutem. Precipe Iohanni Handlo quod iuste, &c. reddat Pr. S. F. Oxon' Manerium de P. cum pert., quod clamat esse ius Eccl. sue S. F. Oxon' & tenere de nobis in capite, et vnde queritur quod predictus I. ei inde iniuste deforciauit, Et nisi, &c.

[1] qui MS. [2] K. P. A. *ut supra.*

Et predictus Pr. fecerit te securum, &c. Tunc summone, &c. predictum I. quod sit coram Iusticiarijs nostris apud Ebor' in octabis S. Iohannis Baptiste, ostensurus quare non fecerit. Teste, meipso apud North[ampton]. A° [ix°][1].

800.

A. p. 119, b.

Printed K. P. A. ii. 67, from A.

[The same continued. The King to the Justiciaries. Writ ordering expedition in the case.]

Et memorandum que cest original fust suy par le dit Pr. Robert. Sequitur aliud breue. [1336.] June 1.

Rex Iusticiarijs suis de Banco Salutem. Cum dilectus nobis in Xpo Pr. S. F. Oxon' implacitet coram vobis in predicto Banco, per breue nostrum precipe in capite, Iohannem Handlo de Manerio de P. cum pert. in Comitatu Oxon', petendo illud vt ius Eccl. sue predicte de seisina Elie, quondam Pr. Eccl. predicte, predecessoris predicti Pr., asserendo que ipsum E. de Manerio predicto cum pert. in dominico suo, vt de feodo & iure Eccl. sue predicte, tempore domini H. quondam Regis Anglie, proaui nostri, seisitum fuisse, Idem que I. [ius] & seisinam ipsius E. defendendo, asserendo que ipsum Manerium illud ad terminum vite sue tenere, & reuersionem eiusdem Manerij ad nos & heredes nostros spectare iuxta processum inde coram vobis habitum, posuerit se in magnam Assisam nostram, ac pecierit recognicionem fieri vtrum maius ius habeat tenendi Manerium predictum modo quo tenet, an predictus Pr. illud petendi vt de iure Eccl. [sue] predicte, per quod Vicecomiti nostro Oxon' per breue nostrum de iudicio preceptum fuit quod venire faciat coram vobis iiij Milites de Comitatu predicto, ad eligendum super sacramentum suum xij de legalioribus Militibus eiusdem Comitatus, ad faciendam recognicionem magne Assise supradicte, qui quidem iiij Milites in Curia nostra, coram vobis virtute mandati predicti venientes, xij legales Milites de essendo coram vobis ad certos dies iam preteritos, ad recognicionem Assise predicte faciendam, [eligerunt,] ac iam ex querela ipsius Pr. accepimus quod, pro eo quod predictus Vicecomes retornauit quod quidam dictorum Militum mortui sunt, et quidam illorum de terris & tenementis suis, que tempore eleccionis predicte in Comitatu predicto habuerunt, se totaliter dimiserunt, & quidam perpetuo sunt languidi, vlterius in

[1] ij MS.

processu in ipsius Pr. graue preiudicium & Eccl. sue predicte exheredacionis periculum manifestum, super quo nobis supplicauit sibi de remedio perhiberi, Nos, volentes eidem Pr. quatinus bono modo poterimus subuenire, in hac parte mandamus quod si aliter coram vobis processum sit, et vobis constiterit aliquos de predictis Militibus sic electis mortuos esse, siue de terris & tenementis suis predictis se dimisisse, siue perpetuo languidos esse, vt est dictum, tunc loco eorum alios legales Milites eiusdem Comitatus, ad recognicionem Assise predicte faciendam, eligi & vlterius in eodem negocio faciatis prout de iure & secundum consuetudinem regni nostri fuerit faciendum. Teste, meipso apud Wodestok' j° die Iunij. A° regni nostri x°.

801.

A. p. 120, b.

Printed K. P. A. ii. 68, from A.

[The same continued. The King to the Sheriff of Oxfordshire. Writ directing distraint on certain Knights.]

[1336.] Nov. 28. *Item sequitur aliud breue, sicut pluries, &c.*

Rex Vicecomiti Oxon' Salutem. Precipimus tibi, sicut pluries & precepimus, quod distringas Edmundum de Cornubia Militem, Iohannem Golafr' Militem, Iohannem de Broughton' Militem, Iohannem de Coberle Militem, Iohannem Geffard Militem, Thomam de Coudray Militem, Robertum Sapy Militem, Willelmum Harcourt Militem, Ricardum de Beaufo Militem, Iohannem Leukenore Militem, Philippum de Aillesbury Militem, Rogerum fitz Rohand Militem, Milites electos in Curia nostra coram Iusticiarijs nostris apud Ebor', inter Pr. S. F. Oxon' petentem & Iohannem de Handlo tenentem, de Manerio de P. cum pert., per omnes terras & catalla sua in balliua tua, ita quod nec ipsi, nec aliquis per ipsos, ad ea manum apponant, donec aliud a nobis habueritis preceptum, Et quod de exitibus eorundem nobis respondeas, Et quod habeas corpora eorum coram Iusticiarijs nostris apud Ebor' a die Pasch' in iij septimanas [May 11, 1337], ad faciendum iuramentum magne Assise nostre, et ad audiendum iudicium suum de pluribus defaltis, Et habeas ibi hoc breue. Teste, I. Stonore xxviij° die Nouembris. A° regni nostri x°.

802.

A. p. 120, b.

Printed K. P. A. ii. 108, from A.

[The Prior of St. Frideswide v. John de Peyto junior *re* **the Manor of Piddington. The King to the Sheriff of Oxfordshire. Another similar writ.]**

Rotulo cccclx. Cessat processus Iohannis Littilmore. Et postea Nicholaus Hungerford dictum placitum per originale breue renouauit, vt infra. [1350.] **Nov. 15.**

Rex Vicecomiti Oxon' Salutem. Precipe Iohanni de Peyto iuniori quod iuste, &c., vt supra in alio originali prescripto. Teste, &c. Dat. xv° die Nouembris. A° xxiiij^to^.

803.

A. p. 120, b.

Printed K. P. A. ii. 111, from A.

[The same continued.]

De termino Pasch'. A° regni Regis E. iij. xxvj°, Rotulo ij°. [1352.] **Easter Term.**

Pr. Eccl. S. F. Oxon', per Thomam de Techewyke Attornatum suum, petit versus Iohannem de Peyto iuniorem Manerium de P. cum pert. suis, [vt] ius Eccl. sue S. F. Oxon' per breue Regis precipe in capite, &c., vnde idem Pr. dicit quod quidam Elias, quondam Pr. Eccl. predicte, predecessor ipsius Pr. [nunc] [1], fuit seisitus de predicto Manerio cum pert. in dominico suo, vt de feodo & iure Eccl. sue predicte, tempore pacis, tempore H. Regis proaui domini Regis nunc, capiendo inde expleta, &c., et quod tale sit ius suum & Eccl. sue predicte, &c. offert, &c. Et I., per Ricardum Sheldon' Attornatum suum, venit & vocat inde ad warrantiam Iohannem Sutton' de Duddele, Chiualer, & Isabellam vxorem eius, [vt] habeat eos hic in octabis S. Michaelis [October 6, 1352] per auxilium Curie, &c. Et sum[monitus fuit] in Comitatu Staff'.

[1] tunc MS.

804.

A. p. 121.

Printed K. P. A. ii. 115, 116, from A.

[The same continued.]

[1357.] Easter Term. *De termino Pasch' A° xxxj°.*

et eas sic inclusas et in culturam redactas tenere possint, sicut predictum est, cum libero introitu et exitu ad omnimoda aueria sua eundo a proximis vijs regijs vsque ad predictas ccccj acras et j rodam et dimidiam et redeundo, sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, Iusticiariorum, Forestariorum, Viridariorum, et aliorum Ministrorum nostrorum Foreste quorumcunque, Ita [tamen quod][1] predictus I. vel heredes sui racione dictarum ccccj acrarum et j rode et dimidie nullam causam extra easdem ccccj acras et j rodam et dimidiam vendicare sibi poterint vel habere. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westm' x° die Aprilis. A° regni nostri xxxiij°.

829.

A. p. 143.

[Thomas of Hereford and Agatha his wife to Thomas her son. Conveyance of a messuage with curtilage and croft.]

[c. 1310–20.] *Carte de tenementis & terris nuncupatis tenementis Gace.*

Sc. pres. et fut. quod Nos Thomas de Herford & Agatha vxor mea dedimus . . . [&c.] Thome f. dicte A. j messuagium cum curtilagio & crofto in villa de Akle, quod quidem messuagium cum curtilagio & crofto predicta A. habuit de dono et feoffamento Philippi de Weston', Habendum . . . [&c.], de capitalibus dominis illius feodi libere, integre, iure hereditario imperpetuum. Reddendo inde & faciendo capitalibus dominis illius feodi seruicia debita et consueta, pro omnibus & cunctis terrenis demandis. Et nos . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dedit nobis predictus T. f. A. j summam pecunie pre manibus. Et vt hec . . . [sealing clause].

830.

A. p. 143.

Printed K. P. A. ii. 8, from A.

[Thomas of Oakley to the Prior and Convent of St. Frideswide. Restoration of a messuage and half an acre of land.]

[1329. Oct. 20[2].] *Patet per cartam subscriptam quod istud tenementum pertinet ad dictam Rectoriam.*

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Thomas [f.] Agathe de Akle Salutem in Domino sempiternam. Noueritis quod cum Robertus Pr. S. F. Oxon',

[1] quod tamen MS. [2] There is some doubt respecting this date, as the morrow of St. Frideswide's day in 1329 fell on a Friday. See end of Charter.

Persona Eccl. de Akle, implacitasset me in Curia domini Regis, per quoddam breue de vtrum, de j messuagio & medietate j acre terre cum pert. in Akle, tanquam de iure Eccl. sue predicte, Ego volens, Dei auxilio mediante, anime mee saluacionem insequi & augere, quia noui dicta tenementa per multorum testimonium a quodam Rectore dicte Eccl. de Akle prius esse separata & alienata, ea cum suis pert. predicto Pr. libero & reddo per presentes, Ita quod idem Pr. in Curia domini Regis me & meos absque dampno & grauamine in placito predicto penitus conseruet. Et eciam totum ius & clamium michi qualitercunque contingens, aut quod contingere poterit in preterito vel in futuro, remitto, relaxo et quietum clamo predicto Pr. & successoribus suis imperpetuum, ita quod ego, nec aliquis alius nomine meo, aliquid iuris vel clamij in predictis messuagijs & terra de cetero exigere vel vendicare poterimus in futurum. In cuius rei . . . [sealing clause]. Hijs testibus Iohanne Browyn de Acle, &c. Dat. Oxon', die Martis in crastino Inuencionis S. F. A°. regni Regis Edwardi iij post conquestum iij°.

831.

A. p. 143, b.

Printed K. P. A. ii. 6, from A.

[Record under the hand of Henry Bishop of Lincoln of an agreement between the Prior and Convent of St. Frideswide and the Vicar of Oakley, of the one part, and Edmund of Ludlow, Rector of Beckley, of the other, as to tithes of Godstow Wood.]

Transaccio siue composicio facta inter Pr. & Con. S. F. Virginis Oxon' & Edmundum de Lodelowe, Rectorem Eccl. de Bekkely, de bosco & clausura vocatis Godestowode. [1328/9. Jan. 20.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Henricus, permissione diuina Linc' Episcopus, Salutem, graciam & benediccionem. Ad vestram noticiam & perpetue rei memoriam deducimus per presentes quia nuper orta materia litis & discordie inter Pr. S. Frideswyde Virginis Oxon' & eiusdem loci Con. et Vicarium perpetuum Eccl. de Okeley [1], nostre diocesis, dictis Pr. & Con. vnite annexe & incorporate, porcione Vicarij eiusdem Eccl. de O. deducta, in eorum vsus proprios perpetuo possidende, cum suis iuribus & pert. vniuersis, canonice concesse, ex parte vna, & dominum Edmundum de Lodelowe, Rectorem Eccl. parochialis de Beckeley, dicte nostre diocesis, ex altera, super decimis, fructibus et prouentibus de quodam bosco vulgariter Godestowode vocato pro-

[1] Name spelt thus throughout.

uenientibus, parte dictorum Pr. & Con. ac Vicarij ipsas decimas, fructus & prouentus huiusmodi ad dictam Eccl. parochialem de O., & ad eos eiusdem Eccl. nomine, tanquam prouenientes ex predijs infra fines & limites dicte Eccl. parochialis de O. situatis, prefato domino E. Rectore ad suam Eccl. de Bekkeley prenominatam, & ad eum ipsius Eccl. nomine, tanquam ex predijs parochie sue huiusmodi [prouenientes][1], concedentibus ac asserentibus pertinere, Tandem quidam vicini, pacem & concordiam inter vicinos suos tanquam boni Xpiani affectantes, partes predictas, pro dicta briga sine discordia inter easdem cedanda, ad vnum locum iuxta predictum boscum amicabiliter ac caritatiue et certum diem venire procurarunt, ac vtraque pars prenominata quamplures ad dictos diem & locum de maioribus, fide dignioribus, senioribus & sanioribus dictarum parochiarum suarum, pro finibus & limitibus earundem ac alijs euidencijs partibus predictis ostendendis & [demonstrandis][2], pro parte sua produxit, qui quidem dictarum parochiarum parochiani ac alij vicini, in multitudine copiosa ad premissa tunc ibidem congregati, quorum quamplures tactis Sacrosanctis Euangelijs iurati, ac alij in consciencijs eorum onerati, limites & fines dictarum parochiarum in illa parte clare ibidem eisdem ostenderunt & demonstrarunt, ac eciam ijdem iurati et onerati dixerunt quod dictum boscum de G. est infra Forestam de Bernewode notorie situatum, ac quod dicta Foresta de B. est infra parochiam et de parochia de Okele predicta, ac decimas Eccl. parochie predicte de visu, auditu & sciencia illorum, et quamplures raciones dictorum suorum [Priori][3] tunc ibidem reddiderunt. Quibus visis, auditis & intellectis ac plene discussis, partes predicte, viris prouidis & discretis mediantibus in viam pacis & concordie, prouide consensierunt, dum tamen nostra auctoritas & assensus ad id, vt asserunt, imperciatur, adinuicem et de vnanimi consensu & assensu parochianorum Eccl. parochiarum de Okele & Beckele predictis, propter grandia & grauia pericula euitanda que in ea parte verisimiliter poterunt imminere, ac eciam ne partes predicte vexarentur laboribus et expensis, necnon propter alias causas iustas, veras, notorias & legitimas concordarunt, Viz. Quod dicti Pr. & Con. ac Vicarius, nomine Eccl. parochialis de O. predicta, percipiant et habeant, prout hactenus percipere & habere consueuerunt, imposterum omnes decimas, fructus & prouentus ex dicto bosco de G., tanquam ex predijs infra parochiam ac de parochia Eccl. parochialis de O. predicta, prouenientes, pacifice & quiete, sine alia calumpnia, sine molestacione prenominati domini E. de L., Rectoris de Beckele predicta, vel successorum suorum, imperpetuum, Et quod dampna, expense facte & omnes querele [ex][4] occasione exorte hinc inde remit-

[1] prouenientibus MS. [2] demonstrantibus ib. [3] pro ib. [4] ac ib.

tantur. Quam quidem pacis concordiam et composicionis formam partes predicte nobis in Eccl. parochiali de Bokeden' presentantes nobis cum instancia humiliter supplicauerunt quatinus formam concordie siue composicionis huiusmodi causas que eisdem et eas contingencia diligenter examinare, et tractatu super eis iuxta Canonica statuta prehabito diligenti, in forma iuris auctoritate pontificali ipsam concordiam siue composicionem predictam approbare, acceptare, roborare et confirmare, eam que perpetuam, firmam & stabilem facere, & pro vigore eiusdem pronunciare curaremus cum effectu. Nos igitur H., permissione diuina Episcopus Linc', attendentes composicionem siue concordiam predictam, litis amputare materiam, pacem & tranquillitatem fouere, dictarum que parcium & Eccl. vtilitatem magnam procurare, habito super omnibus supradictis solemni & diligenti tractatu, seruatis seruandis, vocatis legitime omnibus & singulis in hac parte vocandis, sequato que processu legitimo, ac concurrentibus ac interuenientibus omnibus & singulis in hac parte requisitis, hanc concordiam & composicionem auctoritate ordinaria approbamus, ratificamus et confirmamus in stabilitatem perpetuam earundem, saluis nobis & successoribus nostris et Eccl. nostre Lincoln' in omnibus iure & consuetudine & dignitate. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. apud Bokeden' xiij Kal. Februarij. A.D. M°CCC°XXVIIJ°, et nostre consecracionis A° ix°.

832.

A. p. 137.

[Edward II to Geoffrey le Scrope and other justices. Writ directing enquiry into a petition of the Prior and Convent of St. Frideswide respecting the Advowson of the Church, which had come into the hands of the King as an escheat.]

Excerpta recordi & processus de placito Aduocacionis Eccl. predicte in Banco domini Regis, coram Galfrido Scrop Iusticiario & socijs suis, A° regni Regis E. f. Regis E. xviij° et xix°.

Sequitur breue domini Regis. [132¾.] Mar. 23.

Edwardus, &c. dilectis & fidelibus suis Galfrido le Scroop & socijs suis, Iusticiarijs nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis, Salutem. Monstrarunt nobis dilecti nobis in Xpo Pr. & Con. S. F. Oxon', per peticionem suam coram nobis & consilio nostro exhibitam, quod cum nos nuper ad prosecucionem ipsorum Pr. & Con., nobis alias per peticionem suam coram consilio nostro exhibitam, suggerencium ipsos ius habere ad Eccl. de A. in comitatu Buk', quam pre-

decessores sui Pr. & Con. eiusdem loci aliquibus temporibus in proprios vsus tenuerunt, sicut dicunt, mandauimus per breue nostrum Willelmo Inge & socijs suis, tunc Iusticiarijs nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis, quod, visa eadem peticione & intellecta, finalem discussionem super negocio illo facerent, ita tamen quod ad iudicium inde reddendum nobis inconsultis non procederent, & licet idem W. et socij sui, pretextu eiusdem mandati nostri, in negocio predicto processerint, idem tamen W. & socij sui ac vos postmodum ad finalem discussionem super eodem negocio faciendam procedere hucusque distulistis, per quod idem negocium adhuc pendet coram nobis indiscussum, in ipsorum Pr. & Con. dispendium non modicum et grauamen, super quo nobis supplicarunt eis remedium adhiberi, Et quia iam testatum est coram nobis & consilio nostro quod negocium illud nondum coram nobis ad plenum est discussum, vobis mandamus quod, viso primo mandato nostro prefato W. & socijs suis inde directo, plenariam discussionem super negocio antedicto cum ea celeritate qua secundum legem & consuetudinem regni nostri poteritis faciatis, iuxta tenorem mandati nostri supradicti, prouiso quod ad iudicium inde reddendum nobis inconsultis minime procedatis. Teste, meipso, &c. xxiij° die Marcij. A° regni nostri xvij°, per peticionem de consilio.

Pretextu cuius breuis, viso primo mandato prefato W. & socijs suis directo, visum est Curie quod expediens est et necesse ad inquirendum super contentis in peticione predictorum Pr. & Con., &c., & ideo preceptum est Vicecomiti quod venire faciat coram Rege a die S. Trinitatis in xv dies [June 24, 1324] vbicunque, &c. xxiiij tam Milites, &c. de visu predicto, ad informandum Regem plenius super premissis, &c. Idem datus est dies, &c. Pr. & similiter Willelmo de Wedyngton', Persone Eccl. de A., &c. Ad quem diem venerunt Adam de Fincham, qui sequitur pro Rege, & tam [predictus][1] Pr. quam predictus W., Persona de A., in proprijs personis, &c. Et iuratores non venerunt. Ideo Vicecomes habeat corpora a die S. Michaelis in xv dies [October 13, 1324] vbicunque, &c. Et idem dies datus est predicto A. de F., qui sequitur pro Rege, &c. & similiter predicto Pr. & W. Persone, &c. Ad quem diem predictus Pr. in persona sua et A. de F., qui sequitur pro Rege, & similiter predictus W. Persona de A. venerunt, &c.

[1] predicti MS.

833.

A. p. 137, b.

[Verdict of the Jury that the Prior and Convent of St. Frideswide had held the Advowson up to 3 Henry III, but that no further finding could be brought in until the King gave leave.]

Sequitur veredictum Iuratorum in forma subscripta. [c. 1324.]

Iurati, tam Milites quam alij, ad hoc electi & triati, dicunt super sacramentum suum quod predicta Matilda, quondam Imperatrix & Anglorum domina, per cartam suam predictam dudum dedit et concessit Eccl. predictam de A., cum Capellis predictis & omnibus rebus ad eam pertinentibus, prefate Eccl. S. F. et Can. . . [&c.], et quod predictus H., f. eiusdem Imperatricis, & S., quondam Reges Anglie, progenitores Regis nunc, per cartas suas predictas de confirmacione postea fecerunt prefate Eccl. S. F. & Can. . . [&c.] prout Pr. predictus asserit, vt predictum est. Et dicunt quod predecessores eiusdem Pr. & Con. per donum et concessiones predictas habuerunt & tenuerunt predictam Eccl. de A., cum Capellis predictis & omnibus pert. suis, quiete & pacifice in proprios vsus continue & absque interrupcione a tempore doni predicti vsque iij^um^ annum regni domini H. quondam Regis Anglie, aui domini Regis nunc, viz. per lxxiiij annos & amplius, vt de iure Eccl. sue S. F. Oxon', et sic fuerunt in possessione Eccl. predicte de A. & Capellarum predictarum per donum & concessiones predictas, vt de iure Eccl. sue S. F. predicte, per totum tempus predictum. Et dicunt quod predicto anno regni Regis H., aui Regis nunc, iij^o^. quidam Simon, tunc Pr. Eccl. S. F. Oxon', predecessor nunc Pr., obijt[1], post cuius mortem predictus Prioratus, vna cum Eccl. predicta de A. & Capellis predictis, seisiti fuerunt in manum domini Regis per quendam tunc Escaetorem ipsius domini H. Regis. Et dicunt quod ex permissione illius Escaetoris quidam Willelmus f. Ricardi dictam Eccl. intrauit, et per manutenenciam eiusdem Escaetoris tota vita tenuit absque aliqua presentacione ipsi W. f. R. per dominum Regem inde facta. Et dicunt quod post mortem eiusdem W. f. R., H. Rex, auus Regis nunc, et similiter dominus E., quondam Rex Anglie, pater domini Regis nunc, et eciam dominus Rex nunc, quociens contigerit predictam Eccl. de Acleya vacare, postea presentauerunt Clericos suos ad eandem, et eo modo predecessor[es] predicti Pr. a possessione Eccl. predicte de A. predicto anno regni Regis H., aui

[1] Here is evidently an error as Pr. Simon lived till 1228, i. e. 13 H. III.

Regis nunc, iij° amoti fuerunt & ab eodem anno hucusque extra possessionem eiusdem extiterunt, et predictus Pr. petit quod procedatur ad iudicium super premissis, &c. Et quia dominus Rex alias mandauit Iusticiarijs hic quod ad finalem discussionem negocij predicti procederent, ita quod ipso Rege inconsulto ad iudicium inde reddendum non procederetur, dictum est eidem Pr. quod sequatur erga dominum Regem, si sibi viderit expedire. Postea dominus Rex mandauit Iusticiarijs suis hic [per] breue suum in hec verba :—

Edwardus, D. G., &c., dilectis & fidelibus suis Galfrido le Scrop & socijs suis ad placita coram nobis tenenda assignatis Salutem. Cum nuper ad supplicacionem dilecti nobis in Xpo Pr. S. F. Oxon', per peticionem suam coram nobis et consilio nostro in parliamento nostro apud Westm' anno regni nostri ix° conuocato exhibitam, nobis suggerentem ipsum [ius] habere ad Aduocacionem Eccl. de Alcleia in Comitatu Buk', et ad eandem Eccl. in proprios vsus possidendam, mandauimus per breue nostrum, in quo dicta peticio vt dicitur includebatur, Willelmo Inge & socijs suis, tunc Iusticiarijs nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis, quod ipsi, inspecta peticione predicta, ad finalem discussionem contentorum in eadem procederent, ita tamen quod ad iudicium nobis inconsultis aliqualiter non procederetur, ac vos postmodum ad sectam dicti Pr. ad discussionem dictorum negociorum vsque ad iudicium processeritis, sic que predictum [iudicium] adhuc restat reddendum, super quo predictus Pr., ad peticionem suam coram nobis & consilio nostro in parliamento nostro apud Westm' in octabis S. Martini proximo preteritis conuocato exhibitam, nobis postulauit vt sibi inde iusticiam fieri faciamus, Nos, ipsius supplicacioni annuentes, in hac parte vobis mandamus quod, inspectis recordo et processu inde habitis, eo non obstante quod negocium illud nos tangit, ad iudicium inde reddendum secundum legem et consuetudinem regni nostri procedatis. Teste, meipso, &c.

Et quia dominus Rex alias mandauit hic quod, viso primo mandato Willelmo Inge & socijs suis, &c. inde directo, plenariam discussionem super negocio predicto facerent, & quod ad iudicium inde reddendum Rege inconsulto minime procederent, de quo nulla fit mencio in isto breui, &c. Et dictum est eidem Pr. quod sequatur erga dominum Regem, &c. Postea dominus Rex mandauit breue suum clausum Iusticiarijs suis hic in hec verba.

834.

A. p. 138, b.

[Edward II to Geoffrey le Scrope and other justices. Writ directing them to proceed to judgement in the matter.]

Sequitur breue domini Regis ad procedendum ad iudicium. [132$\frac{5}{6}$.] Jan. 27.

Edwardus, D. G., &c., dilectis & fidelibus suis . . . [&c., as in preceding charter to the words 'aliqualiter non procederent'] vobis que postmodum mandauerimus ad sectam predicti Pr. quod, viso mandato predicto prefato W. I. & socijs suis inde directo, plenariam discussionem super negocio predicto, cum ea celeritate qua secundum legem & consuetudinem regni nostri poteritis, faceretis iuxta tenorem mandati nostri supradicti, prouiso quod ad iudicium inde reddendum nobis inconsultis minime procederetis, ac vos postmodum ad sectam dicti Pr. . . [&c., as in preceding charter to the words 'nos tangit'], nec eo obstante quod alias vobis mandauerimus quod ad iudicium inde reddendum nobis inconsultis minime procederetis, ad iudicium inde reddendum secundum legem et consuetudinem regni nostri procedatis. Teste, meipso apud Norwycen' xxvij° die Ianuarij. A° regni nostri xix°.

834*.

A. p. 139.

[Judgement in favour of the Prior.]

Sequitur iudicium de placito Eccl. supradicte.

Quibus inspectis & intellectis, consideratum est quod predictus Pr. recuperet versus dominum Regem Aduocacionem predicte Eccl. de A., cum capellis predictis ad Eccl. illam spectantibus & alijs pert. suis, saluo semper iure domini Regis cum alias inde inuenire contigerit & Rex inde loqui voluerit.

835.

A. p. 139.

[The King to the Sheriff of Bucks. Precept to give seisin to the Prior of the Church with its dependent Chapelries.]

Breue directum Vicecomiti Buk' pro seisina dicto Pr. liberanda. [132$\frac{5}{6}$.] Jan. 28.

Rex Vicecomiti Buk' Salutem. Sciatis quod Pr. S. F. Oxon' in Curia nostra coram nobis, per consideracionem eiusdem Curie nostre, recuperauit versus nos Aduocacionem Eccl. de A., cum Capellis ad

Eccl. illam spectantibus & pert. suis, vt ius Eccl. sue S. F. supradicte. Et ideo tibi precipimus quod eidem Pr. de Aduocacione predicte Eccl., cum Capellis ad illam Eccl. spectantibus & alijs pert. suis, sine dilacione plenariam seisinam habere facias. Teste G. le Scrop, apud Norwycen' xxviij° die Ianuarij. A° regni nostri xix°.

836.

A. p. 139.

[Henry Bishop of Lincoln to the Prior and Convent of St. Frideswide. Charter confirming the same.]

[c. 1326.] *Confirmacio Episcopi Lincoln super eadem Eccl.*

Henricus, permissione diuina Lincoln' Episcopus, dilectis in Xpo f. Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon' Salutem, graciam & benediccionem. Licet super appropriacione Eccl. de A. & Capellis de Brehull' & Borstall' & Adyngraue, eidem vt asseritur pertinentibus & annexis, vobis auctoritate diocesana tam diutina quam sumptuosa suborta fuerit questio, quia tamen, iure appropriacionis huiusmodi tam in foro Ecclesiastico quam seculari plenius discusso, eandem inuenimus Canonice vobis factam, vos que virtute appropriacionis huiusmodi ipsius Eccl. sic appropriate possessionem canonice assecutos, licet per potenciam per aliquod tempus interruptam, Nos, ex officij nostri debito, omnem vobis facere iusticiam volentes, cum fauore volumus iuxta appropriacionem pretactam, quocunque cedente vel decedente Rectore ipsius Eccl. nunc incumbente possessioni, Eccl. ac ipsius possessionem propria auctoritate libere ingredi possitis, & nancisci dictam Eccl., cum suis Capellis, in vsus vestros retinere, & fructus percipere ex eisdem, prouiso tamen quod Eccl. per ydoneum Can. Domus vestre predicte, prout a sede apostolica vobis est indultum, & antiquitus extiterit consuetum, qui quidem Can. tanquam Vicarius perpetuus a loci Diocesano curam animarum eidem Eccl. imminentem recipiat & supportet, absque eodem Diocesano nullo modo amouendus seu reuocandus ab eadem, congrue deseruiatur in diuinis, Saluis eciam in omnibus Episcopalibus consuetudinibus & Lincoln' Eccl. dignitate. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. London', &c.

837.

A. p. 139, b.

[Confirmation Charter of Edward III.]

Confirmacio domini Regis E. iij super cartis Matildis & Henrici supradictorum de Eccl. prescripta & R. Linc'. [132⅞.] March 8.

Edwardus, D. G., &c., Archiepiscopis, Episcopis, &c. Inspeximus cartam quam M. quondam Imperatrix, Henrici Regis f. & Anglorum domina, fecit Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] in hec verba:—

M. Imperatrix, H. Regis f. &c., vt in prima carta[1] supradicta et in carta H. Regis proxime sequente[1].

Inspeximus insuper quoddam scriptum quod Robertus dudum Lincoln' Episcopus fecit predictis Can. in hec verba:—

[Here follows a repetition of No. 27.]

Nos autem, donacionem, concessiones & confirmaciones predictas ratas habentes & gratas, eas, pro nobis & heredibus [nostris], quantum in nobis est, dilectis nobis in Xpo nunc Pr. & Con. dicti loci & eorum successoribus concedimus et confirmamus, prout carte et scriptum predicta racionabiliter testantur. Hijs testibus, &c. Dat. apud Westm' viij° die Marcij. A° regni nostri j°.

Et hanc confirmauit Honorius Papa iij^us^[2].

838.

A. p. 140.

[Resignation by William of Whittington of the Rectory of Oakley, with its dependent Chapelries.]

Resignacio vltimi Rectoris Eccl. predicte. [132⅞.] Mar. 24.

In Dei nomine. Amen. A° ab Incarnacione Domini secundum cursum et computacionem Eccl. Anglicane M°CCC°XXVJ° finiente, xxiiij die Marcij in mei Notarij puplici infrascripti testium que subscriptorum presencia personaliter constitutus Oxon', Linc' diocesis, discretus vir dominus Willelmus de Whytington', Rector Eccl. de A., eiusdem diocesis, talem vt sequitur resignacionem de Eccl. sua predicta palam similiter & in scriptis fecit tunc ibidem & perlegit eandam.

In Dei nomine. Amen. Ego W. de Wythyngton', Rector Eccl. de Aklee, Linc' diocesis, volens a cura & regimine Eccl. mee predicte exonerari, dictam Eccl. meam, cum Capellis de Brehull' et Borstall' eidem annexis, cum omnibus earundem iuribus & pert. vniuersis, pure,

[1] Nos. 831, 835. [2] No. 44.

sponte & absolute resigno, ac eam totaliter dimitto, necnon omni iuri & accioni michi qualitercunque pertinentibus ad Eccl. et Capellas predictas, seu in eisdem, exnunc simpliciter renuncio in hijs scriptis. Acta sunt hec in loco predicto sub Anno, Indiccione[1], mense et die predictis, presentibus discretis viris domino Iohanne, Vicario Eccl. de Wynchendon' superiori, Decano de Wodesdon', Willelmo de Warmeston' & Iohanne Bru' & alijs Lincoln diocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

839.

A. p. 140, b.

[Certificate to the foregoing under the hand of James Coleman, Notary public.]

Subscripcio Notarij in resignacione predicta.

Et ego Iacobus [f.] Ricardi dicti Coleman de Hauont, Wyntoniens' diocesis, Clericus, apostolica auctoritate Notarius puplicus, omnibus premissis, vna cum dictis testibus, presens interfui, sic que ea omnia & singula, vt premisi, fieri vidi & audiui, scripsi & in hanc puplicam formam redegi, meo que signo consueto signaui rogatus in testimonium premissorum.

840.

A. p. 140, b.

[Henry Bishop of Lincoln to the Dean of Waddesdon. Mandate for the reinduction of the Prior and Convent of St. Frideswide into the possession of the Advowson of Oakley.]

[c. 1327.] *Mandatum domini Episcopi ad reinducendum Pr. & Can. in corporalem possessionem Eccl. suprascripte.*

Henricus, permissione diuina Lincoln' Episcopus, dilecto in Xpo f. Decano de Wottesdon' Salutem, graciam & benediccionem. Quia, super appropriacione Eccl. de A. nostre diocesis, cum Capellis suis, religiosis viris Pr. & Con. S. F. Oxon' dudum graciose concessa tam diutina quam sumptuosa questione suborta, iure que appropriacionis huiusmodi tam in foro Ecclesiastico quam seculari plenius discusso, inuenimus eandem appropriacionem eisdem religiosis, prout per exhibita coram nobis apparet, auctoritate ordinaria sufficienter esse factam, ipsos que Pr. & Con., virtute appropriacionis huiusmodi, possessionem ipsius Eccl. sic appropriate Canonice fuisse assecutos, licet per

[1] Indiction not given above.

potenciam ab ea postea per aliquod tempus violenter eiectos, vobis mandamus, firmiter iniungentes, quatinus eosdem religiosos in corporalem possessionem dicte Eccl. & Capellarum eiusdem cum celeritate qua decet reinduci faciatis. Et quid feceritis in premissis nobis, cum per partem dictorum religiosorum congrue fueritis requisiti, distincte & aperte certificare curetis per litteras vestras patentes harum seriem continentes. Dat. London', &c.

841.

A. p. 140, b.

[Certificate of reinduction by the Dean of Waddesdon.]

Reinduccio Pr. et Can. per Decanum de Wodesdon'. 1327. [Mar. 25.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Decanus de Wodesdon' Salutem in Domino. Noueritis me mandatum venerabilis patris ac domini, domini H. D. G. Lincoln' Episcopi, viij° Kal. Aprilis, A.D. m°ccc°xxvij° intrante, recepisse sub eo qui sequitur tenore:—

Henricus permissione diuina, &c., vt supra in mandato prescripto.

Cuius auctoritate mandati, ad dictam Eccl. de A. & Capellas eiusdem viij° Kal. Aprilis, A.D. supradicto intrante, personaliter accedens, dictos religiosos, viz. Pr. S. F. Oxon' personaliter, et Con. eiusdem loci in [persona][1] Fratris Iohannis de Abindon', Procuratoris eorum [sufficientis][2], et ad apprehendendam possessionem dicte Eccl. & Capellarum eiusdem habentis potestatem, in possessionem dicte Eccl. & Capellarum predictarum reinduxi corporalem, iuxta formam & effectum mandati supradicti, presentibus Willelmo de Warmeston', Ricardo le Wardi & multis alijs testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis. In cuius rei, &c. Dat. apud A. die & A° supradictis.

842.

A. p. 141.

[Record of reinduction under the hand of Richard Coleman, Notary public.]

Instrumentum super modo & processu reinduccionis predicte. 1327. Mar. 25.

In Dei nomine. Amen. A° ab Incarnacione eiusdem, secundum cursum & computacionem Eccl. Anglicane, m°ccc°xxvij° incoante, Indiccione x^a^, xxv° die Marcij, in mei Notarij puplici testium que presencia subscriptorum constitutus personaliter, ad ostium Eccl. de A., Linc' diocesis, dominus Iohannes, perpetuus Vicarius Eccl. de

[1] personam MS. [2] sufficientem ib.

Wynchesdon', Decanus Decanatus de Wottesdon', venerabilis patris domini Henrici D. G. Lincoln' Episcopi Commissarius, & mandatum habens ad facienda subscripta, cuius commissionis & mandati vero sigillo ipsius venerabilis patris sigillati tenor talis est:—

Henricus permissione diuina Linc' Episcopus, &c., vt supra in mandato supranotato[1].

Tenor vero procuratorij domini Iohannis de Abyndon' talis est:—

[1326/7. Mar. 19.] Pateat vniuersis quod nos Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon', Linc' diocesis, in omnibus causis & negocijs motis & mouendis nos & Mon. nostrum predictum qualitercunque contingentibus, coram quibuscunque Iudicibus, Ordinarijs, Delegatis et eorum Commissarijs, qualemcunque iurisdiccionem seu nocionem habentibus, quociens nos adesse vel abesse contigerit, dilectum nobis in Xpo Fratrem Iohannem de Abindon', Can. nostrum, Procuratorem nostrum verum et legitimum ordinamus, facimus et constituimus per presentes, dantes eidem et concedentes potestatem specialem & mandatum generale, nomine nostro & Mon. nostri predicti, agendi, defendendi, Canonicam institucionem in quacunque Eccl. nobis & Mon. nostro predicto qualitercunque appropriata, seu approprianda, a loci Diocesano nomine [suo petendi[2]] et recipiendi, ac corporalem possessionem eiusdem, nomine nostro & Mon. nostri antedicti, petendi, recipiendi, nanciscendi & optinendi, Canonicam obedienciam, nomine nostro & Mon. nostri antedicti, in animam nostram iurandi & faciendi, & precipue reinduccionem in corporalem possessionem Eccl. de A., Linc' diocesis predicte, cum Capellis suis de Brehull' et Borstall', alias nobis & Mon. nostro predicto auctoritate ordinaria sufficienter appropriate a venerabili in Xpo patre ac domino Linc' Episcopo, aut eius Commissario quocunque in hac parte, nomine nostro & Mon. nostri predicti, recipiendi, nanciscendi & optinendi, & omnia alia & singula faciendi que circa premissa, vel aliquod premissorum, necessaria fuerint seu opportuna, eciam si mandatum exigant speciale, prouocandi, appellandi, prouocacionum & appellacionum causas prosequendi, alium Procuratorem loco suo substituendi, substitutum reuocandi, Procuratoris que officium reassumendi, quociens sibi videbitur expedire. Pro eodem vero Procuratore nostro substituto & substituendo ab eodem rem ratam haberi & iudicatum solui sub ypotheca rerum nostrarum promittimus & exponimus cauciones. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. Oxon' in domo nostra Capitulari xiiij Kal. Aprilis. A.D. supradicto.

et eundem dominum I., nomine huiusmodi procuratorio pro eisdem, secundum vim, formam et effectum commissionis, mandati & pro-

[1] No. 840. [2] suäpetendi MS.

curatorij predictorum, in corporalem possessionem dicte Eccl. de A., prefatis religiosis, vt premittitur, appropriate, cum omnibus suis iuribus & pert., reinduxit. Deinde eodem die idem Commissarius, ad Capellas de Brehull' & Borstall' eidem Eccl. de A. annexas personaliter accedens, predictos religiosos in persona dicti Procuratoris sui et ipsum Procuratorem pro eis in corporalem possessionem earundem Capellarium & iurium & pert. suorum, virtute premissorum, presencialiter reinduxit. Acta sunt hec in loco predicto sub anno, Indiccione, mense & die prescriptis, presentibus discretis viris Willelmo de Warmeston', Henrico Bru', Iohanne Aleyn, apud A., Item apud Brehull' dicto W. de W., Ricardo Warde, Eustachio le venur, Item apud Borstall', Iohanne Barre, Rogero atte asshe & alijs multis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

843.

A. p. 141, b.

[Certificate to the foregoing under the hand of the same.]

Subscripcio Notarij predicti.

Et ego Iacobus [f.] Ricardi dicti Coleman de Hauont, Wynton' diocesis, Clericus, auctoritate apostolica Notarius puplicus, omnibus premissis, dum sic, vt prefertur, per dictum Commissarium agerentur, sub anno, Indiccione, mense, die & locis predictis, vna cum dictis testibus, presens interfui, sic que ea omnia & singula, vt premittitur, fieri vidi & audiui, scripsi & in hanc puplicam formam redegi, meo que signo consueto signaui, rogatus in testimonium premissorum.

844.

O. C. No. 119[1].

[The Prior and Convent of St. Frideswide appoint Roger of Tetsworth their Proctor to receive confirmation by the Dean and Chapter of Lincoln of the appropriation to them of the Church.]

Pateat vniuersis per presentes quod nos Frater Robertus de Thorneston, Pr. Mon. S. Frideswyde Oxon', Linc' diocesis, & eiusdem loci Con., Fratrem Rogerum de Tettesworth, Concanonicum nostrum, Procuratorem nostrum ordinamus, facimus & constituimus per presentes, dantes & concedentes eidem Procuratori nostro potes- [1337. May 5.]

[1] Endorsed Christchurche.

tatem specialem & mandatum generale, nomine nostro & Mon. nostri predicti, confirmacionem Decani & Capituli Eccl. S. Marie Linc' super appropriacione Eccl. de Accleya, cum Capellis de Brehull' & Borstall', dicte Linc' diocesis, nobis nuper per venerabilem in Xpo patrem dominum Henricum, D. G. Lincolniensem Episcopum, concessa a dictis Decano & Capitulo, nomine quo supra, petendi & recipiendi, ac omnia alia et singula faciendi que huiusmodi confirmacionem negocij qualitas & natura exigunt & requirunt, promittentes nos ratum habituros & gratum quicquid per dictum Procuratorem nostrum in huiusmodi negocio actum, gestum fuerit seu procuratum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus e[st appensum]. Dat. Oxon. [in domo] nostra Capitulari die Lune proxima post festum Inuencionis sancte Crucis. A.D. M°CCC°XXX [vij]°.

845.

A. p. 142.

K. P. A. ii. 76, from A.

[John de Moleyns to the Prior and Convent of St. Frideswide. Release of the Advowson.]

[133⅞.] Feb. 4.

Littera confirmatoria Iohannis Moleyns seu relaxatoria.

Nou. vniu. per pres. quod cum dominus noster E. iij, a conquestu Anglie Rex illustris, per cartam suam michi Iohanni de Moleyns, Militi, Manerium de Brehull' cum suis pert., simul cum Aduocacionibus Eccl., cum Capellis ad dictum Manerium spectantibus, ac Pr. S. F. Oxon' et eiusdem loci Con., Eccl. de Aclee, cum Capellis de Brehull' & Borstall' eidem Eccl. annexis, in proprios vsus optinentes, fuissent & sunt in plena & pacifica possessione, vt de iure Eccl. sue predicte, per cartas progenitorum quondam Regum Anglie dicte Domui collatas, et per cartam domini nostri Regis dicti illustris nunc, de Aduocacione Eccl. predicte eidem Domui confirmatam, per non modica tempora ante donacionem dicti Manerij michi factam, Ego dictus I. de M., Miles, Aduocacionem Eccl. predicte de Aclee, cum Capellis de B. & B. predictis eidem Eccl. annexis, dicto Pr. & Con. & eorum successoribus, cum omnibus iuribus & commoditatibus quibuscunque ad dictam Eccl. seu Capellas pertinentibus, vel quoquo modo spectantibus, remitto, relaxo & omnino imperpetuum, pro me & heredibus meis, quietum clamo per presentes, Ita quod nec ego nec heredes mei aliquod ius vel clamium in dicta Aduocacione Eccl. predicte, cum Capellis ad eandem spectantibus, cum omnibus eorum iuribus et pert. quibuscunque, exigere vel vendicare poterimus in

futurum, set ab omni accione imperpetuum simus exclusi. In cuius rei testimonium, &c. Dat. Oxon' iiij° die Februarij. A° regni Regis E. iij. xij°.

846.

A. p. 142.

Printed K. P. A. ii. 81, from A. and D. M. ii. 149. No. xxx, from K. P. A.

[Regulation of the Vicarage of Oakley.]

Ordinacio Vicarie Eccl. de A. supradicte. 1343. [Dec. 6.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Frater Iohannes de Lutlemor, Pr. Domus S. F. Oxon', Linc' diocesis, & eiusdem loci Con. Salutem in omnium Saluatore. Vniuersitati vestre notum facimus per presentes quod cum nos, prefati Pr. & Con., Eccl. de A., dicte Linc' diocesis, cum Capellis suis de Brehull' & Borstall', qua quondam minus iuste spoliati fuerant predecessores nostri, iudicialiter recuperantes, in eius possessionem Canonice reinducti, vnum de Can. nostris, vt olim fuisse dinoscitur, rite electum & ad eiusdem Eccl. Vicariam presentatum, Vicarium legitime institutum accepimus in eadem, de prefate Eccl. nostre & Capellarum eiusdem altaragijs, vt tenemur, congruam porcionem reseruatam eidem Vicario, de qua valeat commode sustentari, Episcopalia iura soluere, onera que sibi incumbencia supportare, propetenus proporcionauimus, & in perpetuam rei memoriam scripto mandare curauimus, In primis eidem ordinauimus indifferenter de prefata Eccl. et Capellis eiusdem supradictis omnes oblaciones que quater in anno ab omnibus parochianis, que in nupcijs, purificacionibus, sepulturis, anniuersarijs, in cera, pecunia, ouis, aut fructibus de iure, consuetudine aut sponte offeruntur in eisdem, & quartam partem omnium obuencionem funeralium dictorum parochianorum alibi quam apud Acleya sepultorum, que de iure veteri aut nouo debetur Eccl. parochiali, Item decimas lini, canabi, apum, fructuum & omnium huiusmodi de ortis prouenienciem, ac vniuersa herietta inanimata, Item omnes decimas imparium & singularium vellerum, & animalium, que aliter quam in pecunia decimari non solent, Item omnes decimas personales in dictis villis prouenientes de questu eorum qui de mercatura sua viuunt, Et preter supradicta, de Brehull' tantum decimam aucarum & ouorum, In Aclee & Adyngraue decimam lactis, porcellorum, aucarum & ouorum tantum, In Borstall' similiter lacta [et] [1] porcellos, aucas & oua tantum, de villa non de curia, Ordinauimus eidem Vicario nostro xiij quarteria bladi boni percipienda de grangijs predicte Eccl. per ann., viz. v quarteria frumenti & v quarteria ordei,

[1] ergo MS.

j quarterium pisarum de melioribus dicti Manerij sui pro potagio suo, et ij quarteria auenarum pro prebenda equi sui, & decimam feni de Lathemede pro foragio suo. Si vero dictum pratum solitam decimam non dederit aliquo casu, libenter dicto Vicario ij carectatas feni ibidem de Manerio nostro illo anno et carriagium ad hec omnia de Manerio Eccl. nostre predicte & ij carectatas straminis singulis annis assignauimus, & eidem Vicario nostro j placeam contiguam tenemento Willelmi de Medhull' latitudine L pedum, extendente se a placea in longitudine vsque ad finem crofti nostri, ad edificandum sibi mansum competentem sumptibus nostris in eadem. In cuius rei testimonium, &c. Dat. Oxon' in Capitulo nostro in festo S. Nicholai. A.D. M°CCC°XLIIJ°.

[pp. 146–148, b. blank in A.]

WORMINGHALL [1].

847.

Liber Antiquus Hugonis Wells, p. 14.

VICARIA in Eccl. de Wirmenhal', que est Pr. et Con. S. Frideswide Oxon', auctoritate concilii ordinata, consistit in manso competente et in toto altaragio, exceptis minutis decimis de terra Pr., et in omnimodis decimis j hide terre in villa de Thomel, unius alterius que fuit monachorum de Stamford, ubi predicti Can. tenent j virgatam, Godefr' bic' . . .[2] j, Ricardus Colewi' j, Willielmus Oliv' j: habebit autem Vicarius iiij vaccas et xxiiij oves in pastura Canonicorum, qui omnia onera preter sinodalia sustinebunt. Et valet Vicaria v marc'.

848.

A. p. 151, b. O. C. No. 60 [3].

[Henry Fitz-William, with consent of his wife, to Stephen Tuluse. Conveyance of land.]

[c. 1160–70.] *Carta feoffamenti j messuagij & iij acrarum terre Stephani Tuluse in Wormenhale predicta.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Henricus, f. Willelmi f. Goce de W.[4], dedi . . . [&c.], consensu & consilio vxoris mee, Stephano Totiluse, pro homagio & seruicio suo, messuagium quod Helias [5] Goce tenuit in W.

[1] Worminghall, Bucks, usually written in the text Wormenhale; 3¾ m. S. by W. of Brill. [2] A flaw in the parchment here. [3] Generally in good condition, but wanting left-hand top corner. Transcript from A. [4] Wrmehal'. [5] Helyas.

et iij acras terre in campo eiusdem ville, scilt. j dimidiam acram terre ad Brancesheg', & aliam dimidiam acram terre in Midelforlong'[1], & dimidiam acram terre contra molendinum venti, & aliam dimidiam acram terre in Hangerforlong'[2] contra leser Hauedland, & dimidiam acram terre ad Mankelwell'[3], & j virgatam terre que iacet sub predicto messuagio, illi & heredibus suis, Tenendum . . . [&c.], in feodo & hereditate . . . [&c.], Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ij*s*. sterlingorum, scilt. ad iiij terminos . . . [6*d*. quarterly commencing Lady day], pro omnibus seruicijs . . . [&c.]. Ego vero . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dedit michi prescriptus S. j marcam argenti in Gersumam. Hijs testibus[4], Thoma f. Galfridi, Roberto de Valoin', Willelmo de Ykeford', Roberto de Thumel', Willelmo venatore, Stephano de Ledhal', Willelmo Oliuer, Ricardo Tuluse, Waltero de Acle & multis alijs.

849.

A. p. 152, b.

[Juliana Fitz-Walter, with consent of Peter her heir, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of an acre of land.]

Item alia carta de j acra terre in eadem villa. [c. 1160–70.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Iuliana, f. Walteri fabri de Piry, de consensu et voluntate Petri heredis mei, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . . [&c.] j acram terre cum pert. in W., scilt. dimidiam acram apud Bradeput' iuxta terram Pr., & dimidiam acram in Whiteforlang' prope molendinum venti versus Acleiam, Habendam . . . [&c.], in liberam puram & perpetuam elemosinam, libere . . . [&c.], absque omni seruicio et exaccione seculari, saluis ij*d*. capitali domino vel heredibus suis in vigilia Pasch' soluendis. Hanc autem . . . [warranty]. Vt igitur hec . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Roberto de Thomele, &c.

850.

A. p. 152.

[Henry Goce, with assent of Emma his wife and William his heir, to the same. Gift of a rent of 2*s*. per annum.]

*Carta Henrici f. W. Goce de ij*s. *in eadem.* [c. 1170–80.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ego Henricus f. W. Goce Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me, diuine pietatis intuitu . . .

[1] Middelfurlong'. [2] Hangerland. [3] Mankelewe. [4] Witnesses O. C. only.

[&c.], assensu quoque & voluntate Emme vxoris mee & Willelmi heredis mei, concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] redditum ij*s*. quos Stephanus Tuluse michi solebat reddere pro j messuagio & iij acris terre in W. ad iiij anni terminos, scilt. . . [6*d*. quarterly, commencing Christmas], Habendum . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, absque omni seruicio . . . [&c.]. Et hanc . . . [warranty]. Et vt rata . . . [sealing clause].

851.

A. p. 152.

Repeated No. 853. Confirmed E ii, No. 73.

[Richard Tuluse to the same. Gift of land.]

[c. 1180–90.] *Carta [Ricardi]* [1] *f. predicti Stephani de predicta terra.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Ricardus, f. Stephani Tuluse de W.[2], intuitu Dei . . . [&c.], dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] totam terram meam, cum pert. suis, quam de eis tenui in villa de W.[3], Habendam & tenendam, cum messuagijs, pratis & pasturis & omnibus alijs aisiamentis, libere . . . [&c.], sicut liberam elemosinam imperpetuum. Et ego . . . [warranty]. In cuius rei . . . [sealing clause].

852.

A. p. 152.

[The same to the same. Quit claim of all right in half a virgate of land.]

[c. 1180–90.] *Quieta clamacio predicti R. de dimidia virgata terre.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Ricardus, f. Stephani Tuluse de W., remisi et quietum clamaui Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] totum ius & clamium quod habui, vel habere potui, in dimidia virgata terre in W., quam Ricardus Tuluse, auunculus meus, aliquando tenuit de dicta Domo S. F. Et ego . . . [warranty]. Et pro hac . . . [&c.] dederunt michi predicti Pr. & Can. liberacionem j liberi seruientis & dimidiam marcam singulis annis quamdiu vixero. In cuius rei, &c.

[1] Roberti MS. [2] Wormehale E ii. [3] Wormehale & de Thumeley ib.

853.

A. p. 152, b.

[Repetition of No. 851.]

Carta predicti R. tam de terra predicta quam de j virgata terre in Thomele facta Eccl. supradicte. [c. 1180–90.]

854.

A. p. 152, b.

[Alice, widow of Stephen Tuluse, to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in the same.]

Quieta clamacio Alicie vxoris Stephani Tuluse. [c. 1180–90.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Alicia, quondam vxor Stephani Thuluse de W., remisi & quietum clamaui Pr. & Con. S. F. Oxon' totum ius & clamium quod habui, vel habere potui, nomine dotis, in terra tota quam vir meus de eisdem tenuit in villa de W. Et pro hac . . . [&c.] concesserunt michi Pr. et Can. corrodium meum & alia beneficia, sicut in carta quam de eis habeo plenius exprimitur. Et hanc . . . [warranty]. In cuius rei &c.

855[1].

A. p. 153.

[The Prior and Convent of St. Frideswide and Thomas of Donnington. Exchange of lands.]

Escambium inter Pr. et dominum de Dunnynton' de j dimidia acra terre pro j placea in W. [c. 1250.]

Sc. pres. et fut. quod inter Pr. & Con. S. F., ex vna parte, & dominum Thomam de Donynton', ex altera, tale escambium intercessit, viz. quod dicti Pr. & Con. concesserunt dicto T. & heredibus suis illam dimidiam acram terre quam habuerunt in Brokforlong' in campo de W., que iacet inter terram Hugonis f. Prepositi et terram Rogeri Godeknaue. Et pro hac concessione dictus T., pro se & heredibus suis, concessit dictis Pr. & Con. illam placeam terre de crofta que fuit R. G., que iacet versus occidentem curtis sue in W., sicut mensurata est & fossato inclusa. Et warantizabunt adinuicem dictas concessiones contra omnes homines imperpetuum. Et in huius rei testimonium sigilla parcium hinc inde sunt appensa.

[1] This Charter is out of place, its true date having been only ascertained when it was too late to alter the numbers, without disturbing those of Charters to which reference is made in other parts of the work.

A. p. 153.

Memorandum quod data fuit dimidia virgata terre Eccl. ibidem per j modicam partem ligni super altare ibidem per Willelmum f. Helie positam & oblatam, absque alia carta, quod lignum adhuc remanet inter cartas eiusdem ville.

856.

A. p. 153.

[Robert Fitz-Elias to Goce of Worminghall. Grant of land to be held by him by the same tenure as that by which his father had held it.]

[c. 1180–90.] *Feoffamentum de terra Goce, &c.*

Not. [sit] omn. pres. fut. que me Robertum f. Elie reddidisse Gocio de W. f. Engera' terram suam, ad tenendam, sicut pater eius tenuit, libero seruicio, scilt. quum dominus eius faciet wardam in seruicio domini sui Comitis per iiij*s*. dandos, et quum capit scutagium v*s*., & ad exercitum eat corpus eius cum domino suo ad corrodium domini sui, & si runcus eius interierit dominus reddat illi. Terra talis est, j hida & vij acre iuxta domum Sauoel, & iij acre de prato et virgata terre quam accepit cum vxore sua, & ij acre & dimidia.

857.

A. p. 153.

[Henry Fitz-William, with assent of Emma his wife and William his son and heir, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of a messuage and lands.]

[c. 1180–90.] *Carta de terris & tenementis Henrici f. W. Goce.*

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Ego Henricus, f. Willelmi f. Goce, Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me, diuine pietatis intuitu . . . [&c.], assensu eciam & voluntate Emme vxoris mee & Willelmi primogeniti mei & heredis, concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] j messuagium, cum crofta eidem adiacente, quod Xpiana, vidua Helie de Marisco, tenuit in villa de W., & v buttos qui sunt in cultura que vocatur Longeforlang', iuxta predictum messuagium. Dedi eciam eisdem annuum redditum ij*s*. quos Stephanus Tuluse michi solebat reddere pro j messuagio & iij acris terre in W., scilt. in quolibet campo eiusdem ville j acram, cum homagio dicti S. & heredum suorum, & cum omni seruicio inde ad me vel heredes

meos pertinente. Dicti autem ij*s*. ad iiij terminos anni reddendi sunt, scilt . . . [*6d.* quarterly, commencing Christmas]. Preterea dedi eisdem Can. dimidiam acram terre, cum chikena[1] sua, propinquiorem terre domini Pr. super dunam, j acram terre propinquiorem dimidie acre domini Pr. super Maluiam, dimidiam acram terre propinquiorem dimidie acre terre Pr. in Luteldenforlang', que extendit se vltra viam, item dimidiam acram terre iuxta dimidiam acram domini Pr. super Manegehegge, dimidiam acram terre iuxta dimidiam acram domini Pr. in Pesforlang', dimidiam acram que vocatur Heuedland in Bonland, item j acram in Leaforlang', dimidiam acram in Labecsteforlang', dimidiam acram contra magnam stratam, dimidiam acram super dunam, item ad grossam spinam dimidiam acram super Muchelden forlang', j acram super dunam ye Gorbrode, dimidiam acram super Mancklwe, iuxta Pr. dimidiam acram, item in Langeforlang' strate dimidiam acram, super Boggeburg' j acram, et super Maluiam, iuxta terram Willelmi f. Helie, j acram. Has omnes predictas terras dedi & concessi sepedictis Can., Habendas . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, absque omni seruicio seculari ad me vel heredes meos pertinente. Ego vero . . . [warranty]. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

858.

A. p. 154.

Confirmed E ii, No. 73.

[The same to the same. Gift of all his land in Worminghall.]

Carta predicti H. de omnibus terris predictis, & quieta clamacio de dimidia hida terre ibidem quam W. pater eius tenuit. [c. 1180–90.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Henricus, f. Willelmi f. Goce, Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me, de assensu & voluntate Emme vxoris mee et Willelmi primogeniti & heredis mei, necnon & pro salute . . . [&c.], dedisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. & Can. . . [&c.] totam terram meam cum pert. in villa de W.[2], Habendam . . . [&c.], in liberam, puram & perpetuam elemosinam, libere . . . [&c.], cum messuagio, gardino, crofta, in pratis & pascuis, vijs & semitis, & in omnibus alijs locis, libertatibus & aisiamentis ad dictum tenementum pertinentibus, saluo seruicio capitalibus dominis meis inde debito & forinseco. Concessi eciam et quietum clamaui eisdem Can. totum ius et clamium quod habui, vel habere potui, in dimidia hida terre quam W. pater meus tenuit[3] in eadem villa. Hanc vero meam dona-

[1] sic MS. [2] Wormehale. [3] tenuit *om.*

cionem, concessionem et quietam clamacionam ego H. & E. vxor mea & W. primogenitus meus, pro nobis & heredibus nostris imperpetuum, nos obseruaturos et eisdem Can. contra omnes homines warantizaturos fide media & iuramento prestito nos obligauimus. Vt igitur rata . . . [sealing clause].

859.

A. p. 154.

[The same to Rose de la Rokel. Conveyance of a plot of garden.]

[c. 1180–90.] *Carta eiusdem H. de parte gardini data Roisie Rokel.*

Sc. pres. et fut. quod Ego Henricus, f. Willelmi Goce, dedi . . . [&c.] Roisie de la Rokel quandam partem gardini mei in W. pro seruicio suo, scilt. x perticas in longitudine, incipientes iuxta vicum ab occidente versus orientem, & xj perticas & dimidiam in latitudine, extendentes a parte boriali versus partem australem, Tenendam . . . [&c. absolutely], libere . . . [&c.], imperpetuum, Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ipsa & heredes sui, vel eius assignati, iiij clauos Gerefri[1] ad Natale Domini, pro omnibus secularijs seruicijs . . . [&c.]. Ego autem . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dedit michi predicta R. xx*s*. Et in huius rei . . . [sealing clause].

860.

A. p. 154, b.

[The aforesaid Rose to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of the same.]

[c. 1180–90.] *Carta quiete clamacionis dicte Roisie facta Eccl. nostre de parte sua supradicta.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Roesia de Rokela quietam clamaui Pr. & Con. S. F. Oxon' porcionem quam habui de Henrico Goce, scilt. de suo gardino in villa de W., pro me & heredibus meis, pro qua quieta clamacione dederunt michi predicti Pr. & Con. xl*s*. In huius rei . . . [sealing clause].

[1] Prob. error for Gariofili.

861.

A. p. 154, b.

[Thomas Fitz-Geoffrey to the Church and Canons of St. Frideswide. Ratification of the gifts of the aforesaid Henry.]

Carta confirmacionis illius dimidie hide quam H. f. W. Goce Eccl. nostre quietam clamauit. [c. 1180–90.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ego Thomas, f. Galfridi de Dohinton', Salutem. Nouerit vniuersitas vestra me concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] donacionem quam Henricus, f. Willelmi f. Goce, eis fecit in villa de W., scilt. j dimidiam hidam terre cum pert., & ius & clamium in alijs terris eiusdem ville, quas predecessores sui iure hereditario possederunt in dicta villa, Tenendas de me & heredibus meis absque omni retinemento, libere . . . [&c.], imperpetuum, in bosco in plano, in pratis & pascuis, vijs & semitis, & omnibus alijs libertatibus & aisiamentis dictas terras contingentibus, absque omni seruicio seculari me vel heredes meos contingente, saluo seruicio domini Regis, eo excepto quod si contigerit dictum H. in fata decedere, E. vxore eius superstite, in opcione ipsius E. vxoris eius erit aut doti ipsius incumbere aut stipendia a dictis Can. sibi in vita sua concessa percipere. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi dicti Can. v. marcas argenti in Gersumam, et vxori mee Hawyse j annulum aureum ad valenciam dimidie marce. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

862.

A. p. 149. O. C. No. 72[1].

Confirmed E ii, No. 73.

[William Fitz-Helias to the same. Gift of the Church and lands in the parish.]

De Aduocacione Eccl. de Wormenhale carta j^a. [c. 1200.]

Not. sit tam pres. quam fut. quod [Ego] Willelmus f. Helie dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, Eccl. de W., cum territorijs, croftis & areis adiacentibus, cum j virgata terre & dimidia in eadem villa, cum omnibus pert. suis, que pertinent ad dotem Eccl. eiusdem. Concessi eciam . . . [&c.] eisdem Can. croftam j, cum vj acris terre quas Otuelus de Insula eidem Eccl. dedit, in puram & perpetuam elemosinam, cum eadem dedica-

[1] A fragment. Transcript from A.

retur Eccl., necnon ij acras quas Ioce eidem Eccl. dedit similiter. In cuius rei . . . [sealing clause]. Hijs testibus[1], Rogero Presbitero, Pet. . . Vincencio . . . Ioce, Willelmo Talemasch', Siwardo armigero meo & [multis alijs].

863.

A. p. 149. C. p. 307. No. 470.

Printed D. M. ii. 148. No. xxi, from C.

[Helias Fitz-Robert to the same. Gift of the Church.]

[c. 1200.] *Predicta carta seriatim confirmatur per Reges E. ij & E. iij, [et]*[2] *infra sequitur alia carta de eadem Eccl.*

Aduocacio Eccl. de Wrmenhale. [C. marg.]

Vniu. Xpi fid. Helias, f. Roberti f. Helie, Salutem. Sciatis me dedisse . . . [&c.] Deo & [Eccl.] S. F. de Oxon'[3] & Can. . . [&c.] Eccl. de Wormenhale[4], cum omnibus ad ipsam pertinentibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam[5], pro salute mea & meorum et pro anima patris mei & matris mee, saluo forinseco seruicio de terra que ad eandem pertinet Eccl. Testibus[6], magistro Osberto et aliis.

864.

A. p. 149. C. p. 308. No. 473.

[Geoffrey Fitz-Robert, with assent of Lettice his wife, to the same. Gift of a moiety of the Church and other property.]

[c. 1200.] *Item quedam carta de medietate dicte Eccl. & alia terra.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Galfridus f. Roberti, assensu & voluntate Leticie vxoris mee, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F.[7] de Oxon' et Can. . . [&c.], pro salute anime mee & L. vxoris . . . [&c.], dimidietatem Eccl. de W.[4], in puram et perpetuam elemosinam, cum omnibus pert. ad dimidietatem eiusdem Eccl. pertinentibus, ab omni seculari seruicio & exaccione liberis & quietis. Ego siquidem . . . [warranty, 'contra omnes homines seculares']. Et preterea dedi . . . [&c.] predictis Can. terram illam de crofta Walrandi[8] vbi orreum illorum stat in W.[4], cum toto fossato, in puram & perpetuam elemosinam, liberam

[1] Witnesses O. C. only. [2] vt MS. [3] Frideswide de Oxeneford. [4] Wrmehale. [5] D. M. ends here. [6] Witness C only. [7] Frideswide. [8] Walerandi.

& quietam ab omni seculari seruicio . . . [&c.]. Vt igitur hec . . . [sealing clause]. Hijs testibus [1], Willelmo f. Willelmi f. Helie & multis alijs.

865.

A. p. 149, b. C. p. 308, No. 472, and p. 309, No. 476. O. C. No. 85 [2].

[William Fitz-Helias, with consent of Emma his wife, to the same. Confirmation of his gift of the Church and other property.]

Not. sit omn. tam pres. quam fut. quod Ego Willelmus f. Helie dedi [3] . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' [4] & Pr. & Can. . . [&c.] Eccl. de Wormenhale [5], cum omnibus pert. suis, in bosco in plano, in pratis & pasturis, cum virgata & plenarijs decimis tam dominij quam rusticorum, cum crofta & vj acris terre quas Otuellus [6] de insula eidem Eccl. dedit cum dedicaretur Eccl., et cum ij acris quas Iosceus [7] predicte dedit Eccl. Hanc eandem Eccl., cum omnibus predictis pert. suis, ego quoque W., concessu & consensu Emme vxoris mee & heredum meorum et fratrum meorum, prefate Eccl. S. F. dedi, in perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seruicio seculari, excepto seruicio Dei, pro salute mea & vxoris mee & heredum meorum & fratrum meorum, et pro animabus patris [mei] & matris mee, et pro anima Roberti fratris mei, et carta mea confirmaui. Pr. & Can. receperunt me in fraternitatem suam in oracionibus & alijs beneficijs Eccl. Cum que ego defunctus fuero corpus meum eidem Eccl. S. F.[8] dedi ad sepulturam. Huic donacioni et confirmacioni interfuerunt testes Regnerus [9] Presbiter, Paganus Presbiter, Vincencius, Radulphus Pady [10], Robertus de Sesdeswell' [11] et f. eius Robertus. Postea ex voto dedi predicte Eccl. S. F.[8] dimidiam virgatam terre in W.[5] que dicitur del Hideland [12], concessu eiusdem E. vxoris mee & heredum meorum, liberam & quietam ab omni seruicio seculari, cum omnibus suis pert., in bosco in plano, in pratis in pasturis. Hijs subscriptis testibus [13], Willelmo f. Roberti [14] . . . Willelmo Tal[emasch], Roberto de Chanz, Siwardo armigero meo. [c. 1200–10.]

[1] Witness A only. [2] Much rubbed. Transcript from A. [3] reddidi, No. 472. [4] Frideswid Oxenf' O. C. Frideswide de Oxeneford, No. 472. Frideswide de Oxon. No. 476. [5] Wrmehale *amb.* C. [6] Otuillus *omn.* [7] Ioce, No. 472. [8] Frideswide *amb.* C. [9] Reignerus, No. 472. Reinerus, No. 476. [10] Padi *amb.* C. [11] Seldeswelle *amb.* C. [12] Hildland, No. 472. Hidland, No. 476. [13] *Amb.* C end here. [14] A ends here with *et alijs.*

866.

A. p. 149, b. C. p. 309. No. 474.

Printed D. M. ii. 148. No. XXII, from C.

[The aforesaid Emma to the same. Ratification of her husband's gift.]

[c. 1200–10.] *Item carta Emme predicte.*

Not. sit tam pres. quam fut. quod Ego Emma de Pery[1] consensi donacioni quam Willelmus f. Helie, vir meus et dominus meus, fecit Eccl. S. F. Oxon'[2] & Can. . . [&c.] de Eccl. de W.[3] & eius pert., sicut carta predicti W., quam inde habent, testatur. Et ego reddidi iam dicte Eccl. dimidietatem dimidie virgate terre in Hyland[4] postquam duarium meum de W. diracionaui in Curia domini Regis. Hijs testibus, magistro Castellano, &c.

867.

A. p. 150. C. p. 307. No. 471.

[William Fitz-William to the same. Gift of the other moiety of the Church.]

[c. 1210–20.] *Sexta carta de alia medietate eiusdem Eccl.*

Sc. omn. tam pres. quam fut. quod Ego Willelmus, f. Willelmi f. Helie, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon'[5] & Can. [&c.], pro salute . . . [&c.], dimidietatem Eccl. de[6] W.,[3] in puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus pert. suis ad dimidietatem eiusdem Eccl. pertinentibus, ab omni seculari seruicio liberis & quietis. Ego siquidem . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause]. Hijs testibus[7], Helia Capellano, &c.

868.

A. p. 151.

[Robert Fitz-Elis, Kt., to the Prior and Convent of St. Frideswide. Gift of a garden.]

[c. 1200–10.] *Carta dimissionis cuiusdam gardini iuxta Rectoriam.*

Ad Xpi fideles pres. & fut. Ego Robertus le fiz Elis, Miles, dominus de Piry, Salutem in Domino, in hijs scriptis transmitto. Noueritis quod cum Pr. S. Oxon', coram me & ministris meis in Manerio meo

[1] Peri. [2] Frideswide de Oxon'. [3] Wrmehale. [4] Hildeland.
[5] Frideswide de Oxonia. [6] de *om.* A. [7] Witness A only.

de W. in Comitatu Buk', super quibusdam bundis, muris & hayis, ac eciam quadam placea gardini alijs que contrauersijs per diuersas presentaciones & calumpnias fuisset vexatus, Ego dominus R., incolumitatem anime [mee] prospiciens, ei que adherere cupiens, vt teneor, in futurum, concedo predicto Pr. S. F. et eiusdem loci Con. et eorum successoribus quod ipsi de cetero predictam placeam dicti gardini, bundas & omnimoda circa clausuram curie eorum de W. habeant & teneant, bene et in pace, libere & quiete, absque omni vendicacione vel calumpnia aliquali, imperpetuum, Ita quod ego nec heredes mei, nec aliquis alius nomine nostro, aliquid iuris vel clamij in predicta placea dicti gardini & bundis exigere vel vendicare poterimus in futurum, nec eciam versus eosdem religiosos aut eorum aliquem accionem realem vel personalem pro aliquibus preteritis habere vel attemptare, set per presentes ab eisdem excludamur infinite. In cuius rei testimonium, &c.

869.

O. C. No. 110.

[Richard Tolus to the Prior of St. Frideswide. Acknowledgement of due receipt of half a mark per annum to Michaelmas 1292.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ricardus Tolus de Wermehale Salutem in Domino. Noueritis me recepisse a domino Roberto de Ewelme Pr. S. Frideswid' Oxon', per manum Hugonis de Riseberge [seruientis sui][1] de Wermehale, quolibet anno dimidiam marcam argenti vsque ad festum S. Michaelis, A° regni Regis E. xx°. Quare volo & concedo quod dictus Pr. sit quietus de tali demanda de toto tempore suo predicto. In cuius rei . . . [sealing clause]. Hiis testibus, Nicholao Cliuer, Waltero Tolus, [Roberto][2] fabro & aliis. [1292.]

870.

A. p. 150.

[Repetition of No. 43.]

Memorandum quod predicta Eccl. confirmatur per cartam Regis Iohannis[3] *& omnium successorum suorum.*

Et sequitur confirmacio ipsius per Episcopum Willelmum & Capitulum Lincoln in hec verba.

[1] seruientem suum MS. [2] Robertus ib. [3] No. 40.

871.

A. p. 151.

[Repetition of No. 209.]

Bulla confirmacionis domini Pape super eadem & alijs.

[pp. 155, b.–158, b. blank in A.]

THOMLEY[1].

872.

A. p. 159.

[Henry Fitz-Jordan to the Church and Monks of Stratford[2]. Confirmation of his father's gift of a hide of land.]

[c. 1180–90.] *De j hida terre in Thomel' data monachis de Stratford per Henricum f. Iordani carta subscripta.*

Omn. S. matr. Eccl. fil. . . [&c.] Henricus f. Jordani de T. Salutem. Nouerit vniuersitas vestra quod Ego H. concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. B. Marie de Stratford et Monachis . . . [&c.], in puram & perpetuam et liberam elemosinam, totam illam hidam terre in Tumel', cum omnibus pert. suis, quam I. pater meus & Rualdus patruus meus eis dederunt, sicut carte quas inde habent testantur. Item concessi . . . [&c.] predictis Monachis conuencionem inter eos & Can. S. F. de Oxenford [de] predicta terra et eius pert omnibus factam, sicut scripta inter eos facta super hoc testantur. Et ego . . . [warranty]. Et pro hac . . . [&c.] Monachi de S. dederunt michi xx*s*. sterlingorum.

873.

A. p. 159.

[The Abbot and Convent of Stratford to the Church and Canons of St. Frideswide. Conveyance of the same.]

[c. 1180–90.] *Carta Abbatis et Con. de Stratford de terra predicta Eccl. nostre concessa pro annuo redditu xviij*s.

Not. sit omn. tam pres. quam fut. quod Ego Willelmus, dictus

[1] Thomley, Oxon, usually written in the text Thomele, a hamlet of Waterperry parish, 7 m. E. by N. of Oxford, now only given on the Ordnance map in the names of Thomley Hall and Thomley Hill.

[2] Probably Stratford Langthorn, Essex, a Cistercian Abbey founded 1134 or 5 at West Ham by William de Montfichet.

Abbas de Stratford, & totus eiusdem loci Con., de consilio & consensu, necnon & voluntate, tocius Capituli nostri, concessimus Eccl. S. F. in Oxenf' et Can. . . [&c.] totam terram quam habuimus & tenuimus in Tumel' de dono Iordani f. Godfridi & Rualdi fratris eius, scilt. j hidam terre cum omnibus ad ipsam pert. de Eccl. de Stratford imperpetuum, Reddendo nobis et Eccl. S. Marie de S. annuatim xviij*s*. in octabis S. Michaelis, pro omni seruicio quod ad nos pertinet. Prefata igitur Eccl. S. F. & Can. eiusdem Eccl. tenebunt imperpetuum de nobis per predictum seruicium xviij*s*. totam prefatam terram, ita libere & quiete et honorifice, in bosco & in plano, in aquis, in pratis, in pasturis, in omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, & cum omnibus ad eandem terram pertinentibus, sicut nos vmquam eam melius, liberius, quiecius & honorificencius tenuimus. Et pro hac . . . [&c.] dedit nobis Philippus Pr. S. F. & Con. j marcam argenti. Et ne prefata concessio nostra et confirmacio alicuius imposterum malignitate vel ingenio perturbetur, presentis Cyrographi testimonio et sigillorum nostrorum appensione ex vtraque parte quod inter nos gestum est corroboratum est.

874.

A. p. 159, b.

[The same to the same. Another demise of the same, but on different terms.]

*Item alia carta dictorum Abbatis & Con. de eadem et de redditu xij*d. *per ann. eisdem soluendo.* [c. 1180–90.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Frater Willelmus, dictus Abbas de Stratford, & eiusdem loci Con. Salutem. Nouerit vniuersitas vestra nos, de communi consensu & voluntate Capituli nostri, dimisisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Virginis de Oxenford & Can. . . [&c.] j hidam terre in T., illam scilt. quam habuimus et tenuimus ex donacione Iordani f. Godfridi et Rualdi fratris sui, Tenendam de Eccl. nostra de S. imperpetuum, libere . . . [&c.], Reddendo nobis inde annuatim xij*d*. infra octobas S. Michaelis pro omni seruicio, saluo seruicio domini Regis, quod Can. debent facere. Et nos . . . [warranty]. Pro hac . . . [&c.] dederunt nobis predicti Can. xx marcas argenti. Vt igitur . . . [sealing clause].

875.

A. p. 159.

[Final concord respecting the same.]

[1192. July 20.] *Transcriptum Cyrographi de terra supradicta.*

Hec est finalis concordia facta in Curia domini Regis die Lune in festo S. Margarete apud Oxenf,' A° regni Regis Ricardi iij°, coram G. Wynton' Episcopo, Willelmo Brehew [1], Iohanne Marescall', To' de Hissenb' [2], Iusticiarijs domini Regis, et alijs fidelibus suis ibidem tunc presentibus, [inter] Willelmum Abbatem de Stratford, per Alexandrum Monachum loco [eius] [3] positum, et Henricum f. Iordani de Thumel' de j hida terre in T. cum pert. suis, vnde placitum fuit inter eos in Curia domini Regis, scilt. quod H. f. I. quietam clamauit predicto Abbati de S. totam illam hidam cum pert. suis, tam in bosco quam in pastura, in pratis et pascuis, in vijs et semitis, et in omnibus alijs locis, sicut carte quas inde habent testantur, saluo seruicio domini Regis, quantum pertinet ad j hidam terre. Et pro hoc fine et concordia predictus Abbas de S. dedit predicto H. f. I. xx*s*. sterlingorum.

876.

A. p. 160.

[The Prior of St. Frideswide and Juliana Fitz-Hugh. Final concord by which the former demises to the latter half a hide of land.]

[118⅞. Jan. 27.] *Finalis concordia de dimidia hida terre predicte dimissa.*

Hec est finalis concordia facta in Curia domini [Regis] apud Oxon' die Iouis proximo post Conuersionem S. Pauli, A° regni Regis Henrici ij^di^ xxxiiij^to^, coram Ranulfo de Glanuill' Iusticiario domini Regis, & Huberto Eborac' Deccano, & Ricardo domini Regis Thesaurario [4], et Godefrido de Luci, & Rogero f. Reinfr', & Iocell' Diacono, & Roberto de Englisch Glouc' Archidiacono, & Roberto de Wytes', & Michaele Belet, & Willelmo Veranas', et alijs fidelibus & familiaribus domini Regis ibi tunc presentibus, inter Pr. S. F. & Iulianam f. Hugonis de dimidia hida terre in T. quam ipsa clamat versus pre-

[1] Prob. William de Braiosa. Foss, *Judges of England*, ed. 1870, p. 115.
[2] Prob. Thomas de Husseburn, *ibid.* p. 359. [3] cuius MS. [4] Richard of Ely.

dictum Pr. per breue Iusticiarij domini Regis, et vnde placitum fuerat inter eos in Curia ibidem Regis, scilt. quod predictus Pr. dimisit et concessit predicte I. et heredibus suis totam predictam terram de T. imperpetuum, libere & quiete de Pr. & Eccl. S. Frideswyde, soluendo inde annuatim ipsi Pr. vel Eccl. dimidiam marcam pro omni seruicio, & ipse Pr. debet eam maritare absque eo quod ipsa disparaiata sit.

877.

A. p. 160, b.

[Henry Beaufiz and Juliana his wife to the Church and Canons of St. Frideswide. Conveyance of a messuage and land.]

De v acris terre & j acra prati, cum j messuagio & medietate j messuagij & medietate crofte ibidem. [c. 1200–10.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Henricus Beaufiz & Iuliana, f. Hugonis f. Lancelini, vxor mea dedimus . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] j messuagium in Thomeleya inter domum nostram & campum eiusdem ville versus orientem, scilt. medietatem tocius messuagij nostri et dimidietatem crofte nostre versus orientem in eadem villa, et preterea v acras terre arabilis et j acram prati in Hauegeldes Halfacr' prati in eadem villa, viz. j acram que vocatur Thomesacr', & aliam acram que dicitur iuxta portam Monachorum, et j dimidiam acram propinquiorem dominico Roberti de T. versus occidentem, & aliam dimidiam acram propinquiorem predicto dominico versus orientem in Hemeleforlong', et aliam dimidiam acram in Bienlandanda propinquiorem ville de Wormenhale, et j dimidiam acram in Dilsputforlang', et j dimidiam acram in Gorstiesland de acra illa que ibi adiacet integra propinquiorem nemori de Thomeleya, et quartam partem j acre super Langehulla que extendit versus grauam de T., et quartam partem j acre in eadem cultura versus occidentem, et j dimidiam acram prati in mora de T. versus occidentem, et j perticam prati in Rughedichfurlang', et aliam perticam prati vltra Euedeburn' & Haugoldes Halfacr' prati in eadem villa, Habenda . . . [&c.], in perpetuam elemosinam, libere et quiete ab omni seculari seruicio & exaccione. Et pro hac . . . [&c.] dederunt nobis predicti Can. xlvj*s.* sterlingorum & viij*d.*, vnde sustinuimus nos & pueros nostros, & acquietauimus totam terram nostram de Thumele, que inuadiata erat Iudeis Oxon'. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

878.

A. p. 161.

[The same to the same. Gift of land.]

De alijs vj acris terre & j acra prati ibidem.

[c. 1200–10.] Sc. pres. & fut. quod Ego Henricus Beaufiz, assensu & voluntate Iuliane vxoris mee, dedi . . . [&c.] Deo et Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, vj acras terre arabilis & j acram prati, viz. j dimidiam acram propinquiorem dominico Henrici de T. versus occidentem, & aliam dimidiam acram terre propinquiorem predicto dominico versus orientem in Hemeleforlang', et j dimidiam acram terre in Bradelande que extendit versus croftam meam, et j dimidiam acram terre super Tunestowe versus occidentem, et quartam partem j acre terre super Langhulla que extendit versus grauam de Thumeleia, et quartam partem j acre in eadem cultura versus occidentem, et j dimidiam acram terre iuxta gardinum Henrici de T. propinquiorem prefato gardino, et j dimidiam acram in Benland' propinquiorem ville de Wormenhale, et j dimidiam acram in Disputforlang', et j dimidiam acram in Langehull' versus Wormenhale propinquiorem ville de T., et j acram super Blakhull' cuius medietas est propinquior ville de Wormenhale & alia medietas propinquior ville de T., et j dimidiam acram in Gorstielanda de acra illa que ibi iacet integra propinquiorem nemori de T., & j perticam prati in Rughediscfurlang', et aliam perticam prati vltra Euedeburn', & j dimidiam acram prati in mora versus occidentem, Habendas . . . [&c.] imperpetuum, libere et quiete ab omni seculari seruicio et exaccione. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

879.

A. p. 161, b.

[Lucy Beaufiz to the same. Gift of land.]

Memorandum quod carta penultima confirmatur per Iulianam predictam de verbo ad verbum, vt supra scriptum est.

[c. 1210–20.] *Et sequitur alia carta de v acris terre & j butto.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ego Lucia, f. Henrici Beaufiz, Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me, pro salute . . . [&c], concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & dominis meis Pr. & Can. . . [&c.], in liberam puram & perpetuam elemosinam, iiij acras et j buttum terre & quartam partem prati quod ad me pertinet in villa de T., viz. in cultura que vocatur Bremor Gorstilond dimidiam acram, in

cultura que vocatur Harsaeforlong' j acram, iuxta crucem dimidiam acram, item in alio campo in Harsaeforlong' j acram, et in cultura que vocatur Wyggestowe dimidiam acram, et in v acris que sunt prope molendinum ventorium dimidiam acram, illam scilt. quam habui proximiorem ville de Wormenhale, item in cultura que vocatur Langehull' dimidiam acram cuius vnum caput extendit versus grauam Roberti de T. & aliud versus Bracheham de Wormehale, et in alio campo versus Wormehale in cultura que dicitur Langehull' dimidiam acram que protenditur in longam Gorstilond, et in Shortlond j buttum, Habenda . . . [&c.], libere, quiete & pacifice ab omni seruicio & exaccione seculari, quantum ad me pertinet. Ego vero . . , [warranty]. Ipsi autem Pr. & Can. remiserunt michi vj*d.* & ob. de annuo redditu quem eis pro porcione mea reddere solebam. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

880.

A. p. 161, b.

[The same to the same. Conveyance of land.]

Item alia carta eiusdem Lucie de v acris & j butto predictis et dimidia acra, de tercia parte j dimidie acre, tercia parte j acre & tercia parte j rode, cum quarta [parte] prati sui. [c. 1210–20.]

Sc. pres & fut. quod Ego Lucia, f. Henrici Beaufiz, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & dominis meis Pr. & Can. . . [&c.] v acras terre & dimidiam, & j buttum, & terciam partem j dimidie acre, et terciam partem j acre, & terciam partem j rode, & quartam partem prati quod ad me pertinet in villa de T., & vltra quartam partem j dimidiam acram prati [Here follows a repetition of the description of the property conveyed by the preceding charter, the only difference being that Wyggestowe is spelt Wyggestuble and Bracheham Brecham] item iuxta Redehull' j dimidiam acram cuius j caput extenditur versus la Porteweye de Wormehale & aliud versus Blackhull', in Waterilonde vltra la le Hegge j dimidiam acram, in Harseforlong' contra aquam Monachorum j dimidiam acram, terciam partem j dimidie acre vltra grauam iuxta le Porteweye de Wormenhale, terciam partem j acre iuxta cursum qui vadit de la slede in Harse ex parte prati, terciam partem j rode super Longehull' versus grauam, & dimidiam acram prati in Harseforlong' cuius vnum caput extenditur versus Piry[1] & aliud caput versus la Leaweye, & in Shortlond j buttum, Habenda . . . [&c.], libere . . . [&c.], absque omni seruicio & exaccione seculari, quantum ad me vel heredes meos pertinet. Et ego . . . [warranty]. Et ipsi Pr. &

[1] Waterperry.

Can. pro hac . . . [&c.] dederunt michi xxiiij*s*. sterlingorum, & remiserunt michi & heredibus meis vj*d*. & ob. de redditu annuo quem eis pro porcione mea reddere solebam. Vt igitur omnia . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Galfrido le Coutier et alijs.

881.

A. p. 165.

[The same to the same. Conveyance of land.]

[c. 1210–20.] *Carta Lucie f. Henrici Beaufiz de iij acris terre & quarta parte prati quod ad ipsam pertinet in villa predicta.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ego Lucia, f. Henrici Beaufiz, Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & dominis meis Pr. & Can. . . [&c.] iij acras terre & quartam partem prati quod ad me pertinet in villa de Thumel', viz. in cultura que vocatur Gorstilonde bremor dimidiam acram, item in cultura que dicitur Harsefurlange iuxta crucem dimidiam acram, et in cultura que vocatur Wyggestubbe dimidiam acram, et in v acris que sunt secus molendinum ventorium dimidiam acram, illam scilt. quam habui propinquiorem ville de Wormenhale, Habendas . . . [&c.] imperpetuum . . . [&c.], absque omni seruicio . . . [&c.]. Ego vero . . . [warranty]. Et pro hac . . . [&c.] dederunt michi dicti domini Pr. & Can. xij*s*. argenti et remiserunt michi vj*d*. et ob. de annuo redditu quem eis ex parte mea reddere solebam. Vt igitur hec . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Iordano Rufo &c.

882.

A. p. 160.

[Matilda Beaufiz to the same. Conveyance of land.]

[c. 1210–20.] *De tercia parte predicte dimidie hide terre reuersa.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ego Matilda, f. Henrici Beaufiz, Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & dominis meis Pr. & Can . . . [&c.] terciam partem dimidie hide terre in villa de T., que est de feodo S. F. & michi tanquam sorori tercie hereditarie successit, cum omnibus pert. suis, in campis & messuagijs, pratis & pasturis, & omnibus alijs locis dictam terram contingentibus, Habendam . . . [&c.] imperpetuum, libere, quiete ab omni seruicio & seculari exaccione quantum ad me

pertinet. Ego vero . . . [warranty]. Et pro hac . . . [&c.] dederunt michi dicti domini mei Pr. & Can. xl*s*. ad iter peregrinacionis mee faciendum. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

883.

A. p. 162, b.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Godfrey Bishop. Demise of a virgate of land and a messuage formerly held by Henry Beaufiz.]

Dimissio facta per S. Pr. de quarta parte illius hide de Monachis Stratford superius perquisite[1]. [c. 1210–28.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon Pr. S. F. & eiusdem loci Con. Salutem eternam in Domino. Noueritis nos concessisse . . . [&c.] Godefrido Bissop j virgatam terre in Thomeleia, scilt. partem illius hide quam tenemus de Monachis de Stratford, cum messuagio j quod Henricus Beaufiz tenuit de nobis, quantum ad nos pertinet, Habendam . . . [&c.], Reddendo inde annuatim nobis vj*s*. ad ij terminos anni, viz . . . [3*s*. on Palm Sunday and at Michaelmas]. Preterea quolibet anno ipse & heredes sui iij diebus operalibus nobiscum operabunt pro omni seruicio ad nos pertinente.

884.

A. p. 162, b.

[Reginald Bishop to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in the said property.]

Carta reuersionis terre & tenementi supradictorum. [c. 1210–28.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Reginaldus Bisshop, diuine pietatis intuitu . . . [&c.], remisi & quietum clamaui dominis meis Pr. & Con. S. Frideswyde de Oxonnie totum ius quod habui, vel habere potui, in j virgata terre in T., cum messuagijs, pratis, pascuis & pasturis & omnibus alijs aisiamentis et vbique pert. suis, sicut [carta] dictorum dominorum meorum testatur quam pater meus de eis habuit. Et vt hec . . . [sealing clause].

[1] Nos. 873–875.

885.

A. p. 162, b.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to William Fitz-Oliver. Demise of a virgate of land.]

[c. 1210–28.] *Item dimissio alterius virgate de predicta hida per S. Pr. supradictum.*

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon Pr. S. F. et eiusdem loci Con. Salutem eternam in Domino. Noueritis nos concessisse . . . [&c.] Willelmo f. Oliueri j virgatam terre in Thumeleia, scilt. quartam partem j hide quam tenemus de Monachis de Stratford, quantum ad nos pertinet, Habendam . . . [&c.], Reddendo inde annuatim nobis dimidiam marcam argenti, viz. [3*s.* 4*d.* half yearly commencing Michaelmas], pro omni seruicio ad nos pertinente. Et pro hac . . . [&c.] dedit nobis predictus W. iiij marcas argenti in Gersumam.

886.

A. p. 166, b.

[The same to Walter Tuluse. Demise of a virgate of land.]

[c. 1210–28.] *Memorandum quod Pr. Simon dimisit Waltero de Tulose j virgatam terre ibidem in feodo, que postea per cartam Ricardi f. Stephani Tulose reuersa est in dominium, cuius carta*[1] *reperietur supra inter cartas de Wormenhale.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon Pr. et Con. S. F. Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse Waltero Tuluse j virgatam terre sine messuagio apud Tumel', scilt. quartam partem illius hide quam tenemus de Monachis de Stratford, quantum ad nos pertinet, Habendam . . . [&c.], Reddendo inde annuatim nobis dimidiam marcam argenti, viz. . . [3*s.* 4*d.* on Palm Sunday and at Michaelmas], pro omni seruicio ad nos pertinente. Et pro hac . . . [&c.] dedit nobis predictus W. vj marcas argenti in Gersumam.

[1] No. 851.

887.

A. p. 166, b.

[Walter Tuluse, with assent of the Prior and Convent of St. Frideswide, to Stephen his son. Gift of the same.]

Item alienacio supradicte virgate terre per consensum Simonis Pr. antedicti, vt patet inferius. [c. 1210–28.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Ego Walterus de Tulosa Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse . . . [&c.], de assensu Simonis Pr. & Con. S. F., Stephano f. meo, pro homagio & seruicio suo, j virgatam terre, cum pert. suis, in Thumel', quam emi ex dictis Pr. & Con., sicut carta[1] eorum testatur, Reddendo eis annuatim j dimidiam marcam argenti pro omni seruicio, saluo forinseco sibi & heredibus suis, vel cuicunque assignare voluerit, libere & pacifice & quiete imperpetuum possidendam. Vt autem hec . . . [sealing clause].

888.

A. p. 163.

[William Oliver to the Church and Canons of St. Frideswide. Reconveyance of a moiety of the said virgate.]

Sequitur carta reuersionis de medietate illius virgate terre superius dimisse. [c. 1230–40.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Willelmus Oliuer, f. quondam Willelmi Oliueri de Wormenhale, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] medietatem illius virgate terre quam de dictis Can. tenui in campo de Thumeleya, in terris, pratis, pasturis & omnibus alijs pert. suis, viz. j dimidiam acram in Chirchewey furlonge, a la Waterilond dimidiam acram, & j dimidiam acram a la Longorstilond, et j rodam a la Schortgorstilond, et j dimidiam acram a la Ockestubbe, et j dimidiam acram iuxta crucem, et j dimidiam acram versus fluuium, & j rodam ibidem, et j dimidiam acram a la Ockestubbe, et j dimidiam acram iuxta pratum, & j rodam ibidem, et j dimidiam acram a la Brodelond, et j rodam in Hemeleforlong', et j dimidiam acram Hemestreme, et j dimidiam acram in eadem cultura versus solem, & j rodam in minori Broddelonde, et j dimidiam acram in Brodeforlonge, & j rodam ad tres Stokes versus aquilonem, & j dimidiam acram a la Bidelonde, & j dimidiam acram de la Benelonde, et j dimidiam acram a la Hulle que iacet interius, et j dimidiam acram in Wongestubbe, et j dimidiam acram in Femeffelforlong', et j dimidiam acram versus

[1] No. 886.

Stewescrubbes versus solem, et j dimidiam acram in Longehulle, et j dimidiam acram in Tunstowe, et medietatem prati viz. iij rodas et dimidiam versus solem, ad dictam dimidiam virgatam pertinentes, Habendam . . . [&c.] imperpetuum. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. ix marcas argenti de pecunia Mon. sui ad ardua negocia mea expedienda. Et vt omnia . . . [sealing clause].

889.

A. p. 163, b. O. C. No. 80[1].

[Robert of Thomley to the same. Gift of lands.]

[c. 1230–40.] *Sequitur carta de xiij acris terre & dimidia, et j acre prati in villa et campis prenotatis.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Robertus de T.[2], pro salute . . . [&c.], dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F.[3] Oxon' & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, xiij acras & dimidiam terre arabilis, cum pert. suis, in villa de T., in cultura que vocatur Shortelonde[4], quas aliquando de me dicti Can. tenuerunt ad terminum, & j acram prati que vocatur Hauegoldesacr'[5] iuxta pratum dictorum Can. versus aquilonem, Habendas . . . [&c.], absque omni seruicio & exaccione seculari. Hanc autem donacionem . . . [warranty]. Vt igitur hec . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Ricardo de Bello Sago, Willelmo Oliuer[6] . . . cumb tunc Balliuo Hundredi de Bulenden', Rogero Ruter, Hugoni . . . f. Walteri f. Pagani, Rogero de eadem villa Clerico, Saladino . . .

890.

A. p. 164.

[The same to the same. Conveyance of land.]

[c. 1230–40.] *Prima carta de xvj buttis, que scriberetur ante vltimam cartam superius notatam.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Robertus de Thomel' concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] xvj buttos, cum pert. suis, in campo de Tomeleia, in cultura que vocatur Sortelonde, illos qui proximiores sunt Etwerdeshegge, et adiacent in campo warecti versus pratum de Thumel', Habendos . . . [&c.], Reddendo michi & heredibus meis j par cirothecarum ad Pascha pro omni seruicio . . . [&c.].

[1] A fragment. Transcript from A. [2] Thumel'. [3] Frideswide.
[4] Sortelanda. [5] Hauegoldeshaker. [6] A ends here with *& alijs.*

Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. vj marcas et iiij^{s}. ad acquietandam terram meam Iudeis obligatam. Et ego . . . [warranty]. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

891.

A. p. 163, b.

[The same to the same. Gift of the same.]

Carta prefati Roberti de xvj buttis terre ibidem. [c. 1230-40.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Robertus de Thomeleya Salutem. Nouerit vniuersitas vestra me, diuine pietatis intuitu . . . [&c.], concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, xvj buttos cum pert. in campo de Thomel', qui iacent in cultura que vocatur la Shortelonde, illos scilt. qui proximiores sunt Gilberdeshegge, et adiacent in campo warecti versus pratum de Thumel', Habendos . . . [&c.], absque omni seruicio seculari et exaccione. Et ego . . . [warranty]. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

892.

A. p. 164.

[The same, with consent of his wife and heirs, to the same. Conveyance of a grove.]

De nemore ibidem iuxta Ledehale, pro quo Eccl. S. F. soluit xiij marcas, vt patet. [c. 1230-40.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Robertus de Thumel', de assensu et voluntate vxoris mee & heredum meorum, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] totum nemus meum quod habui vicinius nemori de Ledehale, illud scilt. quod extendit se vsque ad Boche Abbatis de Oseneye versus austrum, versus aquilonem vsque ad vallem que vocatur Wydendon', et de Wydynden' sicut via extendit vsque ad quercum que vocatur Brodehoke, que stat in media valle de Wydynden', et de Brodehoke sicut via que vocatur Esturbroderode extendit se vsque ad lacum qui vocatur Harse, cum omnibus pert. & aisiamentis ad dictum nemus pertinentibus, Habendum . . . [&c.], libere . . . [&c.] ab omni exaccione . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi prefati Can. xiij marcas argenti, vnde acquietaui terram meam Iudeis obligatam. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

893.

A. p. 164, b. O. C. No. 83[1].

[The same to the same. Gift of the same.]

[c. 1230–40.] *Notandum quod predictus Robertus aliam fecit cartam de nemore predicto, seriatim vt in eadem carta, preter quod recitat se habuisse xv marcas pro eodem, et sequitur alia carta eiusdem R., que duplicatur.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Robertus de Thumel', de assensu & voluntate vxoris mee & heredum meorum, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. Frideswide Oxon' & Can. . . [&c.] totum nemus meum quod habui vicinius nemori de Ledhal'[2], illud scilt. quod extendit se usque ad Breche Abbatis de Osen' uersus austrum, uersus aquilonem usque in uallem que uocatur Widenden'[3], et de Widenden' sicut via extendit se usque ad quercum que uocatur Brodehoc[4], que stat in media ualle de Widenden', et de Brodehoc[4] sicut via que uocatur Esturebroderode[5] extendit se usque in lacum que uocatur Harse, cum omnibus pert. & aisiamentis ad dictum nemus pertinentibus, Habendum . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, absque omni exaccione . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Vt igitur hec . . . [sealing clause]. Hiis testibus[6], Thoma de Duminton', Ricardo de Beaufo, Willelmo f. Willelmi domino de Peri, Matheo de Bikescrop, Iohanne de Hosa, Henrico Goce, Ricardo f. Stephani de Ledhal', Ricardo Tuluse, Willelmo Oliuer, Stephano Tuluse, Iohanne de Brehull', Galfrido de S. Martino, Reginaldo fratre eius, Willelmo de Grenuill', Thoma de Hida.

894.

A. p. 165.

[Elias of Thomley to the same. Conveyance of land.]

[c. 1250–60.] *Carta Elie de Thomel' de iij dimidijs acris terre ibidem, qui quidem E. confirmat omnes concessiones et donaciones per Robertum de Thomel', patrem ipsius E.*[7], *vt patet inferius.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Helias de Thomel', f. Roberti, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] iij dimidias acras terre arabilis, cum omnibus pert. suis, in campis de Thumel', imperpetuum, quas Stephanus Tolose & Alicia vxor eius aliquando de patre meo

[1] Endorsed. Ledhale de nemore xiij. In good condition. Transcript therefrom.
[2] Ledehale. Initial letter defaced in O. C. supplied from A. [3] Wydenden.
[4] Brodehok. [5] Esturbroderode. [6] Witnesses. O. C. only. [7] Nos. 889–893.

tenuerunt ad terminum vite sue, quarum j dimidia acra iacet super Tunstowe proxima diuisis Oxon' et Buk', & alia dimidia acra super Bonlonde, & tercia dimidia acra super Waterilonde. Preterea concedo & confirmo, pro me & heredibus meis, predictis Can. & Eccl. sue predicte omnes terras et quascunque donaciones alias, cum omnibus pert. suis, tam in bosco quam in plano, imperpetuum, quas pater meus eis dedit, secundum quod in cartis ipsis Can. a dicto patre meo inde confectis plenius continetur, Habendas . . . [&c.] imperpetuum . . . [&c.], Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis iij ob. ad Natale Domini pro omnibus seruicijs . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. xxx*s*. argenti pre manibus. Et vt hec . . . [sealing clause].

895.

A. p. 165, b.

[The same, with consent of Joan his wife, to the Prior and Convent of St. Frideswide. Conveyance of land.]

Secunda carta predicti Elie de ij perticis & dimidia prati in campis ville supranotate. [c. 1250–60.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Elias de Thumel', f. Roberti de Thumel', assensu & voluntate Iohanne vxoris mee, pro me & heredibus meis, dedi . . . [&c.] Roberto Pr. et Con. S. F. Oxon' & eorum successoribus ij perticas prati & dimidiam in Euedeburn', in prato de Tumel', cum omnibus pert. suis, Habendas . . . [&c.] imperpetuum . . . [&c.], Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis j ob. ad Pasch' pro omni seruicio . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Pr. & Con. xxxvij*s*. viij*d*. de pecunia Mon. sui. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

896.

A. p. 166.

[The same to the same. Conveyance of land.]

Carta tercia predicti Elie de j pertica & dimidia prati in villa & campis supradictis. [c. 1250–60.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Elias de Thumel', f. quondam Roberti de Thumel', assensu . . . [&c. as in preceding Charter to 'successoribus'] j perticam & dimidiam prati in campis de Thumel', que iacent in prato quod vocatur Mora, Habendas . . . [&c.] imperpetuum . . . [&c.],

Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis j ob. ad Pasch' pro omni seruicio . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Pr. et Con. ij marcas argenti pre manibus de pecunia Mon. sui. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

897.

A. p. 166, b.

[Record of a suit. Roger Fitz-Roger and Thomas his brother v. Alexander, Prior, and John Sautrie, Canon of St. Frideswide, respecting the ownership of certain lands. Judgement for defendants, plaintiffs committed to gaol.]

Reuersio predicte terre patet inter cartas de Wormenhale[1], *sicut superius notatum est.*

[c. 1300.] *Et sequitur recorda cuiusdam attincte impetrate versus Pr. & Iohannem Sautrie Can. super disseisina [de] cxx acris terre xiiij acris prati & xj*s. *annui redditus ad sectam Rogeri f. Rogeri de Belfago.*

Iurata de xxiiij ad conuincendum xij iuratos Assise noue disseisine, que alias summonita fuit & capta apud Thame per breue domini Regis, coram I. de Battesford & I. Trillawe[2], Iusticiarijs domini Regis, inter Rogerum f. Rogeri de Bellafage et Thomam fratrem eius querentes, & Alexandrum Pr. S. F. Oxon' & Iohannem Sautrie Can. eiusdem Pr., de cxx acris terre, xiiij acris prati et xj*s*. redditus cum pert. in Thomel', venit receptura si Iurati Assise predicte falsum fecerunt sacramentum, et vnde ijdem R. f. R. de Bellafago & T. frater eius queruntur quod cum ipsi alias, coram prefatis I. & I., Iusticiarijs domini Regis, questi fuissent quod predictus A. Pr. & I. de S. Can. eiusdem Pr. ipsos iniuste, &c. disseisiuerunt de predictis tenementis, et predictus A. Pr. & I. de S. venissent coram eisdem Iusticiarijs et dixissent quod predictus R. f. R. & T. frater eius nunquam fuerunt in seisina de predictis tenementis, vt de libero tenemento suo, ita quod potuerunt inde disseisiri, et de hoc posuissent se super Iuratos Assise predicte. Ijdem Iurati dixerunt quod ipsi nunquam fuerunt in seisina de predictis tenementis, vt de libero tenemento suo, ita quod potuerunt inde disseisiri, vnde dicunt quod in hoc falsum fecerunt sacramentum, et hoc petunt quod inquiratur per Iuratos. Et predictus A. Pr. et I. de S. veniunt & dicunt quod R. f. R. et T. frater eius predicti nunquam fuerunt in seisina de predictis tenementis, vt de libero tenemento suo, ita quod potuerunt inde disseisiri, et de hoc ponunt se super Iuratos,

[1] No. 851. [2] Cannot be identified.

&c. Et Willelmus de Stalebroke, Walterus la ponere, Robertus Neel, Thomas Thurteyn', Iohannes de Thomel', Thomas passur, Robertus de Boteler, Rogerus de Grandon', Iohannes de London', Walterus de Romeneye, Iohannes Shorchebeef, Adam Thosmer', Iurati predicte Assise, veniunt & dicunt quod ipsi bonum & legale fecerunt sacramentum, et de hoc ponunt se super Iuratos, Et predictus R. f. R. de B. & T. frater eius similiter, ideo capiatur Iur'[1], &c. Iurati dicunt super sacramentum suum quod Iurati Assise predicte & bonum & legale fecerunt sacramentum quod dicunt quod predicti R. et T. frater eius nunquam fuerunt in seisina de predictis tenementis, vt de libero tenemento suo, ita quod potuerunt inde disseisiri. Ideo consideratum est quod predictus A. Pr. & I. de S. & eciam Iurati Assise predicte inde sine die. Et predicti R. & T. committantur gaole, &c.

898.

A. p. 167, b.

[The Prior and Convent of St. Frideswide and John Gamel, Dionisia his wife and Walter his son. Agreement whereby the latter enfeoff the former of a messuage and land in return for support for the rest of their lives.]

Conuencio inter Pr. & Con. & Iohannem Gamul, Dionisiam vxorem eius & Walterum f. ipsius I. de feoffamento j messuagij, xiiij acris terre, j acre prati, cum reuersione j acre terre & dimidia citra certum diem, vt inferius notatum est. [132⅘, Feb. 15.]

Inter Pr. & Con. S. F. Oxon', ex parte vna, et Iohannem Gamul, Dionisiam vxorem eius & Walterum f. predicti I., ex parte altera, conuentum est in hunc modum, viz. quod idem I. G. feoffabit predictos Pr. et Con. de j messuagio, xiiij acris terre & j acra prati cum pert. in T., simul cum reuersione j acre terre & dimidie in eadem villa, que Iohannes atte Halle de Ledhale & Agnes vxor sua ad terminum vite eorum tenent, Habendis . . . [&c.], in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, & que tenementa sunt de feodo dicti Pr. & tenentur de eo per seruicia ij*s*. ij*d*., Et pro dictis tenementis habendis predicti Pr. & Con. concedent & facient predicto I. ad totam vitam suam liberacionem Canonicalem in esculentis & poculentis, exceptis omnimodis pietancijs, et habebit j locum clausum cum ferrula infra Prioratum S. F. vbi possit iacere & morari, et percipiet singulis annis de predicto Pr. ad festum S. F. j warnamentum pro frigore yemis

[1] sic MS.

superuenientis et j par botarum, et predicta D. stabit in seruicio religiosorum virorum ad totam vitam suam, quamdiu laborare possit, et accipiet j dimidium bussellum frumenti in qualibet septimana de Manerio predicti Pr. de Wormenhale, vel de Cudeslowe, vtrum ipsa maluerit, et ibidem morabitur in officio Daye[1], & quum laborare non possit, et percipiet eandem liberacionem et habebit ad totam vitam suam sustentacionem j vacce. Predictus vero W., f. predicti I., stabit in seruicio predicti Pr. ad totam vitam suam in officio carectarij vel carucarij, seu alterius seruicij, prout Pr. viderit sibi expediens, et [percipiet][2] cotidie liberacionem carucarij et stipendium quamdiu laborare possit et bene, & cum laborare non possit sustentabitur de elemosina predicti Pr. Et si contingat quod predictus I. G. de tenementis predictis aliquam alienacionem seu conuencionem fecerit cum Hugone Northe, vel cum aliquo alio, quod predictus Pr. & eius successores predicta tenementa optinere & pacifice possidere non possint, tunc ad liberaciones predictas vel eorum aliquam partem aut condicionem prenotatam nullatenus teneatur. In cuius rei testimonium partes predicte sigilla sua alternatim apponi fecerunt, vna cum sigillo Maioratus Oxon'. Dat. Oxon' die Veneris proximo post festum S. Valentini Martiris, A° regni Edwardi f. Regis Edwardi xviij°.

A. p. 169, b.

Notandum quod predictum messuagium, xiiij acre terre, j acra prati, simul cum reuersione j acre & dimidie terre in Thomel' supradicta, per licenciam domini Regis Eccl. S. F. appropriata sunt, cuius quidem carta licencie inseritur inter ville de Elsefeld cartas[3], *vt plenius ibi patet.*

899.

A. p. 168.

[John Gamel to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in certain lands in Thomley.]

[c. 1320–30.] *Relaxacio predicti Iohannis Gamel de ij partibus dimidie hide terre & de omnibus alijs terris ibidem.*

Pateat vniu. per pres. quod Ego Iohannes Gamel de T. remisi, relaxaui & omnino quietum clamaui Pr. Eccl. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. totum ius & clamium michi contingens in ij partibus dimidie hide terre cum pert. in T., simul & in omnibus terris et tenementis que idem Pr. habet in eadem villa, & que in aliquo tempore fuerunt antecessorum meorum, Ita quod nec ego predictus I., nec heredes

[1] sic MS. [2] percipere ib. [3] No. 779.

mei, nec aliquis alius nomine nostro, aliquid iuris vel clamij in predictis terris & tenementis, que fuerunt antecessorum meorum, vel eorum aliqua parte, de cetero exigere vel vendicare poterimus in futurum, set ab omnimodis accionibus, peticionibus, iuribus, & quibuscunque demandis imperpetuum per presentes simus exclusi. In cuius rei testimonium &c.

900.

A. p. 168.

[Robert Fitz-Eliz, Knight, to John Gamel. Quit claim of all right in lands in Thomley.]

Quieta clamacio Roberti fiz Eliz facta predicto Iohanni Gamul de j virgata terre & j messuagio ibidem. [c. 1320–30.]

Pateat vniu. per pres. quod Ego Robertus le fiz Eliz, Miles, remisi, relaxaui et omnino quietum clamaui Iohanni Gamel de T. & heredibus suis et assignatis totum ius & clamium michi contingens in j messuagio, j virgata terre cum pert. in T., et eciam in omnibus terris & tenementis que idem I. tenet in eadem villa, Ita quod nec ego predictus R., nec heredes mei, nec aliquis alius nomine nostro, aliquid iuris vel clamij, racione dominij aut seruicij aut reuersionis aut alterius cuiuscunque tituli, in predictis terris aut tenementis, que idem I. tenet in T., exigere vel vendicare poterimus in futurum, set ab omnibus accionibus, reuersionibus et quibuscunque demandis, que michi aut heredibus meis competere poterant, vel poterunt aliquo modo, imperpetuum excludamur per presentes. In cuius rei testimonium &c.

901.

A. p. 168, b.

[John Gamel to William Draycote. Gift of a messuage and land.]

Carta Iohannis Gamel de predictis messuagio, xiiij acris terre, j acra prati, cum reuersione j acre terre & dimidie, facta Willelmo Draycote. [c. 1320.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Iohannes Gamel de T. dedi . . . [&c.] Willelmo Draycote, f. Willelmi Draycote, j messuagium et xiiij acras terre et j acram prati cum pert. in T., simul cum reuersione j acre terre & dimidie in eadem villa, que Iohannes atte Halle de Ledhale & Agnes vxor sua ad terminum vite eorum tenent, et quod messuagium situm est inter tenementum Abbatis & Con. Dorcestr', ex parte vna, et terram Pr. & Con. S. F. Oxon', ex parte altera, Habenda & tenenda

predicta tenementa cum pert. predicto W., heredibus & suis assignatis, simul cum omnibus iuribus, possessionibus meis quibuscunque, presentibus & contingentibus, que aliquo modo michi aut heredibus meis peruenire poterunt in futurum, sine vllo retinemento, de capitalibus dominis feodi, libere, integre et in pace imperpetuum, per seruicia inde debita et de iure consueta. Et ego vero . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause]. Et quia sigillum meum pluribus est incognitum sigillum Maioratus Oxon' apponi procuraui.

902.

A. p. 168, b.

[William Draycote to the Prior and Canons of St. Frideswide. Gift of the same.]

[1329, April 5.] *Item carta predicti Willelmi Draycote de messuagio & terris supradictis facta Eccl. S. F.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Willelmus Draycote, f. Willelmi Draycote, dedi . . . [&c.] Pr. Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, j messuagium . . . [&c. as in the preceding Charter, except that the words 'per seruicia inde debita et consueta,' and the clause mentioning the apposition of the Mayor's seal are omitted]. Dat. apud Tomele die Mercurij proximo post festum S. Ambrosij, A° regni Regis E. iij post conquestum iij°.

903.

A. p. 169.

[John Gamel to the Church and Canons of St. Frideswide. Ratification of the above gift.]

[c. 1329.] *Alia carta Iohannis Gamul predicti de messuagio & terris supradictis facta Eccl. S. F. seriatim, iuxta tenorem vltime carte Willelmi Dreycote.*

Sc. pres. et fut. quod Ego Iohannes Gamel de Tomele dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] j messuagium et xiiij acras terre et j acram prati cum pert., &c., vt supra in carta prenotata plenius patet.

904.

A. p. 169.

[John of Thomley, Lord of the Manor of the same, to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of a rent of 1½*d.* per annum and certain manorial rights.]

Relaxacio domini de Thomel' de redditu j*d. & ob. & dominij de terris & tenementis Eccl. S. F. ibidem.* [133⅔.] March 3.

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Iohannes de T., dominus de T., Salutem in Domino sempiternam. Noueritis me remisisse, relaxasse & imperpetuum, pro me & heredibus meis, quietum clamasse Pr. & Con. Eccl. S. F. Oxon' & eorum successoribus quendam annuum redditum j*d.* et j ob., quem michi soluere tenebantur pro terris & tenementis suis quas habent et tenent de me in dicta villa de Tomele, Remisi insuper et relaxaui eisdem Pr. & Con. & eorum successoribus omne dominium quod super eos habeo pro terris & tenementis predictis, Ita quod nec ego, heredes nec assignati mei, aliquam accionem pro predicto redditu, seu aliquod dominium erga predictos Pr. & Con. vel eorum successores, de cetero exigere vel vendicare poterimus, set per presentes simus exclusi imperpetuum. Et ego . . . [warranty]. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. Oxon' iij° die mensis Marcij, A° regni Regis E. iij post conquestum vij°.

905.

A. p. 169, b.

[The same to the same. Confirmation of the same after coming of age.]

Item alia relaxacio eiusdem Iohannis postea facta quum plene fuit etatis, vt inferius. [1344, Nov. 20.]

Nouerint vniu. per pres. quod Ego Iohannes de Tomele, quondam dominus de T., nuper per factum meum [relaxauerim[1]], remiserim & imperpetuum, pro me heredibus ac assignatis meis, quietum clamauerim Pr. & Con. Eccl. S. F. & successoribus suis quendam annuum redditum j*d.* & j ob. michi [debitum][2] pro terris & tenementis suis quas habent in T., Remiserim insuper omne dominium quod super eos habui in predicta villa, prout in dicto scripto eis inde confecto plenius continetur. Ego predictus I. dictum factum meum concedo, ratifico & confirmo per presentes, et eisdem Pr. & Con. & succes-

[1] relaxaueram MS. [2] debitis ib.

soribus suis imposterum dictum redditum seu dominium meum remitto, relaxo & imperpetuum, pro me heredibus et assignatis meis, quietum clamo. Et ego . . . [warranty]. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. Oxon' in festo S. Edmundi Regis et Martiris, A° regni Regis Edwardi iij a conquestu xviij°.

[pp. 170, 170, b. blank in A.]

ICKFORD[1].

906.

A. p. 171.

[Thomas Fitz-William of Ickford to the same. Gift of six acres of land.]

[c. 1250.] *Incipit prima carta de vj acris terre in campis de Ikford predicte Eccl. concessa per Thomam de I. f. Willelmi de I.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Thomas de I., f. [Willelmi][2] de I., dedi . . . [&c.] imperpetuum Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, vj acras terre arabilis de dominico meo in campo de Ikfor', et in cultura extra Wormehale que appellatur Brokforlang', quarum ij acre iacent inter dimidiam acram Roberti Wulfrich, ex parte occidentali, et dimidiam acram Roberti Cobbe, ex parte orientali, et ij acre contra fordam que appellatur forda Goce, inter terram Roberti Dug', ex parte orientali, et terram Willelmi Felice, ex parte occidentali', et ij vltime acre contra curtem domini Thome de Doniton', inter terram Roberti de Stanton', ex parte orientali, et terram Stephani Hert., ex parte occidentali, Habendas . . . [&c.], imperpetuum, libere . . . [&c.], in omnibus locis, cum libero introitu et exitu, in pratis, pascuis & pasturis, in capucijs & communijs, in vijs & semitis, in aquis & alijs aisiamentis, quantum pertinet ad tantum tenementum, salua michi & heredibus meis dominica pastura mea & piscaria, Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis iij ob. ad festum S. Martini et iij ob. ad festum Natiuitatis S. Iohannis Baptiste, pro seruicio domini Regis, pro eschaetis et sectis Curie, Comitatus et Hundredi, et pro omni alio seruicio . . . [&c.]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. vj marcas argenti in Gersumam. Quare ego . . . [warranty]. Et in huius rei . . . [sealing clause]. Hijs testibus, domino Thoma de Appelton' et multis alijs.

[1] Ickford, Bucks, usually written in the text Ikford, 8½ miles E. of Oxford.
[2] Thome MS.

907.

A. p. 171.

[The same to the same. Further gift of six acres of land.]

Secunda carta prefati Thome de alijs vj acris terre ibidem. [c. 1250.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Thomas de I., f. quondam Willelmi de I., pro me & heredibus meis, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, vj acras terre arrabilis de dominico meo in campo de Ickford, et in cultura que appellatur Brokforlang' vltra Wodebrugge, quarum j dimidia acra iacet inter terram meam et terram Roberti Dug', et iij dimidie acre inter terram Stephani le Hort & terram Nicholai le Noreys, & ij acre inter terram Roberti Dug' & terram Roberti le Paumer, et ij acre inter terram Iohannis Dug' & terram Roberti Wolward in eadem cultura, et abuttant omnes in Brokforlang', Habendas . . . [&c. as in preceding Charter to the end, name of witness not being given].

908.

A. p. 171, b.

[The same to the same. Conveyance of twenty acres of land.]

Tercia carta eiusdem Thome de xx acris terre ibidem. [c. 1250.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Thomas, f. Willelmi de I., dedi . . . [&c.], pro me & heredibus meis, Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, xx acras terre arabilis de dominico meo in campis de I., scilt. in cultura que appellatur Brokforlang', quarum j dimidia acra iacet inter terram Nicholai Norais & Roberti de Stanton', & ij acre in eadem cultura inter Robertum Dug' et Robertum Wlfrich, item in eadem cultura ij acre iacent inter terram Roberti Dug' et terram Willelmi le Paumer, item in eadem cultura ij acre & dimidia inter Willelmum Russell & Robertum Kobbe, item in eadem cultura j acra & dimidia inter Pr. S. F. et Willelmum le Paumer, item in eadem cultura ij acre iacent inter Willelmum le Paumer & Robertum Kobbe, et in eadem cultura ij acre inter Robertum Dug' & Willelmum Russell, item j acra que propinquior est le Heyte iuxta Willelmum Russell, item ij acre iacent in Maseforlang' inter Robertum Fust & Ricardum Britward, et j acra & dimidia iacent ad pontem de Stanford inter Thomam de I. & Robertum Kobbe, Habendas . . . [&c. as in No. 906 to the word 'piscaria'],

Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis v*d.* ad Natiuitatem S. Iohannis Baptiste et v*d.* ad festum S. Martini, pro seruicio . . . [&c., as above to end of warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. de pecunia Mon. sui xl marcas argenti in Gersumam. Et in huius rei . . . [sealing clause].

909.

A. p. 172, b.

[The same to the same. Further conveyance of twenty acres of land.]

[c. 1250.] *Sequitur alia carta ipsius Thome de xx acris terre ibidem.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Thomas de I., f. Willelmi de I., dedi . . . [&c.], pro me & heredibus meis, Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, xx acras terre arabilis de dominico meo in campis de I., scilt. in cultura apud Stanford dimidiam acram que iacet inter terram dicti Pr. & Stephani Hert, et iij dimidias acras que iacent ad Stanford inter terram Thome de I. et Roberti Kobbe, et j dimidiam acram que iacet in Blakehegge, inter terram Matildis Dobyn' & Ricardi Britwold, et iij acras que iacent in Brokforlang' inter terras Iohannis Dug' et Ricardi f. Hosberti, et iij dimidias acras que iacent in Brokforlang' inter terram Willelmi Russell et Ricardi Brithward, et ij acras in Mersforlong' que iacent inter terram Roberti Dug' & Iohannis Dug', et ij acras que iacent in eadem cultura inter terram Roberti Fust & Ricardi Brithward, et ij acras que iacent in eadem cultura inter terram Iohannis Dug' & Roberti Dug', et ij acras que iacent in dicta cultura iuxta Wodeweye, et ij acras que iacent in Midilforlong' inter terram Iohannis Dug & Ricardi Britwald, et iij acras que iacent in Brokforlong' ad Penygkoke iuxta terram Iohannis Dug' et Ricardi Britwald, Habendas . . . [&c. as in preceding Charter to the end].

910.

A. p. 173.

[The same to the same. Conveyance of a virgate of land with the messuages thereon and other property.]

[c. 1250.] *Carta insuper eiusdem Thome de certis messuagijs et j virgata terre in villa et campis supradictis.*

Sc. pres. et fut. quod Ego Thomas de I., f. Willelmi de I., concessi . . . [&c.], pro me & heredibus meis imperpetuum, Deo & Eccl. S. F.

Oxon' & Can. . . [&c.], in liberam et perpetuam elemosinam, totam illam virgatam terre, cum messuagijs & omnibus alijs pert. suis, quam Emma f. Michaelis de I. aliquando tenuit de me in eadem villa et in campis de I. Concessi eciam eisdem Can. et hac mea carta confirmaui, pro me & heredibus meis, seruicium illius virgate terre, cum omnibus vbicunque pert. suis, quam Willelmus tenuit de me in eadem villa et de eodem feodo, Habendam . . . [&c. as in preceding Charters]. Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis vj*d.* argenti ad Natiuitatem S. Iohannis Baptiste et ix*d.* ad festum S. Martini, pro omni seruicio . . . [&c. as in preceding Charters]. Pro hac autem . . . [&c.] predicti Can. michi dederunt v marcas argenti in Gersumam. In huius rei . . . [sealing clause].

911.

A. p. 173, b.

Confirmed E ii, No. 73.

[The same to the same. Conveyance of all the property granted in the preceding charters.]

Item carta ipsius Thome de omnibus messuagijs & terris & seruicijs in supradictis cartis contentis. [c. 1250.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Thomas de I.[1], f. Willelmi de I., dedi . . . [&c.], pro me & heredibus meis, Deo & Eccl. S. Frideswyd Oxon' & Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, lij acras terre arrabilis[2] de dominico meo in campis de I., prout plenius continetur & distinguitur in cartis quas eisdem Can. inde confeci et liberaui[3]. Concessi eciam . . . [&c.] eisdem Can. totam illam[4] virgatam terre[5], cum messuagijs & omnibus alijs pert. suis, quam Emma f. Michaelis de I. aliquando tenuit de me in eadem villa et in campis de I., &[6] escambium quod predictis Can. feci, prout in scriptis inter nos confectis plenius continetur. Concessi eciam eisdem Can. totum seruicium illius virgate terre, cum omnibus pert. suis, quam Willelmus venator tenuit de me in eadem villa et de eodem feodo, & homagium ipsius W., wardam et releuium & eschetam[7]. Quare volo quod predicti Can. et eorum successores habeant & teneant omnia predicta, cum pert. suis, imperpetuum, libere . . . [&c. as in preceding Charters], salua michi & heredibus meis dominica pastura mea & piscaria, Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis ad Natiuitatem S.[8] Iohannis Baptiste xix*d.* & ad festum S. Martini xxij*d.*, pro omni

[1] Ikeford throughout. [2] arabilis. [3] Nos. 906–910. [4] aliam. [5] The order of this and the following donation is inverted. [6] in. [7] escaetam. [8] B.

seruicio . . . [&c. as in preceding Charters]. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. de pecunia Mon. sui cx marcas argenti ad acquietandum me de Iudaismo & ad alia negocia mea expedienda. Et in huius rei . . . [sealing clause].

912.

A. p. 174.

[The Prior of St. Frideswide and Thomas of Ickford. Final concord respecting the same.]

[1254, May 10.] *Finalis concordia de terris, messuagijs & seruicijs supradictis.*

Hec est finalis concordia facta in Curia domini Regis apud Westm' a die Pasch' in j mensem, A° regni Regis H. f. Regis I. xxxviij°, coram Rogero de Thurkelby, Gilberto de Preston', magistro Simone de [Wauton'] [1], Alano de Watsand, Egidio de Erdyngton', & Willelmo Trussell, Iusticiarijs, & alijs domini Regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Robertum Pr. S. F. Oxon' querentem & Thomam de I. impedientem, de lij acris terre cum pert. in I., vnde placitum warantie carte summonitum fuit inter eos in eadem Curia, scilt. quod predictus I. recognouit predictam terram cum pert., vt in dominicis, homagijs et seruicijs liberorum hominum, villenagijs, wardis, releuijs, eschaetis, pratis, pasturis, & quicquid idem Pr. et Eccl. sua predicta habent de dono & confirmacione predicti T., esse ius ipsius Pr. & Eccl. sue S. F. Oxon', Habenda . . . [&c.] imperpetuum, Reddendo inde per ann. xlj*d.* ad ij terminos, scilt. ad Natiuitatem S. Iohannis Baptiste xix*d.* et ad festum S. Martini xxij*d.*, pro omni seruicio, sectis curie, wardis, releuijs, auxilijs, consuetudine et exaccione. Et predictus T . . . [warranty]. Et idem [Pr.] recepit predictum T. & heredes suos in singulis beneficijs & oracionibus que de cetero fient in Eccl. sua predicta imperpetuum.

913.

A. p. 174.

Confirmed E ii, No. 73.

[Thomas of Ickford to the Church and Canons of St. Frideswide. Remission of 40*d.* of the rent of 41*d.* per annum reserved under the foregoing Charter.]

[c. 1255–60.] *Sequitur carta eiusdem Thome de predictis xl*d. *relaxatis.*

Sc. pres. et fut. quod Ego T. de Ikford [2], f. quondam W. de I., dedi, concessi, remisi et quietum clamaui', pro me & heredibus meis,

[1] Bauton' MS. [2] Ikeford throughout.

Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can . . . [&c.], in liberam et perpetuam elemosinam, annuum redditum xl*d.* in quo michi tenebantur, prout continetur in Cirographo in Curia domini Regis inter nos confecto de terris illis[1], cum omnibus pert. suis, quas eisdem vendidi in villa & campis de I., Reddendo pro predictis terris cum suis pert. annuatim michi & heredibus meis j*d.* apud I. ad festum S. Martini [November 11], pro omni seruicio . . . [&c.]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi dicti Can. ij marcas et dimidiam argenti pre manibus de pecunia Mon. sui. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

914.

A. p. 174, b.

[The same to the same. Conveyance of a meadow and other property.]

Alia carta dicti Thome de quodam prato & certis capucijs ibidem. [c. 1255–60.]

Sc. pres. et fut. quod Ego T. de I., f. quondam W. de I., dedi . . . [&c.], pro me & heredibus meis, Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, totum pratum meum de Holewebroc, quod iacet inter capucium Stephani le Hert & rodam Roberti Cobbe apud Stanford, et iiij capucia super Blakehegge inter terram Roberti Dug' & terram Stephani le Hert, et j capucium inter terram Matildis Dobyn & Ricardi Fust in eadem cultura, et iiij capucia inter terram Roberti Cobbe et terram Ricardi Fust, et iij capucia inter terram Matildis de Stanton' & terram Stephani le Hert, et iiij capucia inter terram Roberti Dug' & terram Matildis Dobyn, et ij capucia ad ij Holerodacras in eadem cultura, et in Heyt xij perticas del Dolmede de dominico meo, Habenda . . . [&c.] imperpetuum . . . [&c.], Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis j*d.* ad festum S. Michaelis, pro seruicio domini Regis . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. de pecunia Mon. sui vj marcas argenti in Gersumam. Et in huius rei . . . [sealing clause]. Hijs testibus, domino Thoma de Waloneys & alijs, &c.

[1] No. 912.

915.

A. p. 175.

[The same to the same. Conveyance of one acre of land.]

[c. 1255–60.] *Item sequitur alia carta de j acra terre in capuciis supradictis.*

Sc. pres. & fut. quod Ego T. de I., f. quondam W. de I., dedi . . . [&c.], pro me & heredibus meis, Deo et Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, j acram terre arabilis que iacet in campis de I., scilt. illam dimidiam acram que iacet iuxta pasturam eiusdem Pr. versus Holebroc, et aliam dimidiam acram extendentem in predictam dimidiam acram iuxta Holebroc, Habendam . . . [&c.] imperpetuum . . . [&c.], saluo michi & heredibus meis libero separali nostro & libera piscaria nostra. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Pr. & Con. xx*s*. sterlingorum pre manibus in Gersumam, pro omnibus seruicijs . . . [&c.]. Et quod hec . . . [sealing clause].

916.

A. p. 175.

[Emma Fitz-Michael to the same. Gift of a virgate of land and a messuage and croft.]

[c. 1250–60.] *Carta Emme f. Michaelis de j virgata terre & j messuagio in villa et campis ibidem.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Emma, f. Michaelis de I., intuitu Dei . . . [&c.], dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, totam illam virgatam terre, cum messuagio, crofta & alijs pert. suis, quam tenui in villa de I., Habendam . . . [&c.], cum pratis & capucijs, pascuis & pasturis & omnibus aisiamentis suis, libere . . . [&c.], Reddendo inde annuatim domino feodi iij*d*. ad festum S. Iohannis Baptiste, et iiij*d*. & ob., pro omni seruicio . . . [&c.], ad festum S. Martini. Et ego . . . [warranty]. In cuius rei . . . [sealing clause].

917.

A. p. 175, b.

[Matilda, daughter of the aforesaid Emma, to the same. Quit claim of all right in the same.]

Carta quiete clamancie de predictis virgata et messuagio. [c. 1250–60.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Matilda, f. Emme f. M. de I., remisi & quietum clamaui Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] totum ius & clamium quod habui, vel habere potui, in illa virgata terre, cum pert. suis, in villa de I., quam E. mater mea eis dedit et carta sua confirmauit. Et pro hac . . . [&c.] concesserunt michi dicti Can. corrodium j liberi seruientis, sicut in carta eorum quam de eisdem habeo plenius continetur. In cuius rei . . . [sealing clause].

918.

A. p. 175, b.

[Thomas of Ickford to the same. Gift of four and a half acres of land in exchange for the above-named messuage and croft.]

Carta de iiij acris terre datis in escambium messuagij, crofte & terre supradicte ibidem. [c. 1250–60.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Thomas de I. dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] iiij acras terre arabilis & dimidiam in campo de I. et in cultura de Brokforlang', scilt. ex parte aquilonari de Widebrugge ij acras iuxta terram Stephani Hert, ex parte australi, & terram Roberti Dug', ex parte aquilonari, item ij acras meas propinquiores in eadem cultura iuxta terram Roberti Fust, ex parte australi, et terram Roberti Dug', ex parte aquilonari, et in eadem cultura dimidiam acram iuxta terram Nicholai Noreys, ex parte australi, et terram Roberti Cobbe, ex parte aquilonari. Has predictas iiij acras & dimidiam, cum omnibus pert. & aisiamentis suis, ego T., pro me & heredibus meis, dedi . . . [&c.] predictis Can. & Eccl. sue imperpetuum, in escambium terre illius, cum messuagio et crofta, que fuerunt quondam Emme f. Michaelis de I., sicut in carta quam inde michi fecerunt plenius continetur, Ita quod nichil amplius aliquo tempore vel casu pro dicto escambio potero exigere. Et ego . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause].

919.

A. p. 176.

[The same to the same. Conveyance of the aforenamed virgate of land, messuage, and croft.]

[c. 1250–60.] *Carta confirmacionis de dictis virgata terre, messuagio & crofta.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Thomas de I., f. Willelmi de I., concessi . . . [&c.], pro me & heredibus meis imperpetuum, Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in liberam & perpetuam elemosinam, totam illam virgatam terre, cum messuagio & crofta ei adiacentibus, & cum omnibus alijs vbicunque pert. et aisiamentis suis, quam Emma f. M. de I. aliquando tenuit de me in eadem villa & campis de I., Habendam . . . [&c.] imperpetuum, libere . . . [&c.], in omnibus locis, in pratis & pascuis, in pasturis, in capucijs, in communijs, in vijs, in semitis, in aquis, in aisiamentis, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad predictam virgatam pertinentibus, Reddendo inde annuatim michi, vel heredibus meis, iij*d.* argenti ad festum Natiuitatis S. Iohannis Baptiste, et iiij*d.* et ob. ad festum S. Martini, pro omni seruicio . . . [&c.], et pro homagio et releuio & eschaeta & warda, saluis et retentis michi & heredibus meis tantummodo racionabili secta curie mee, & Scutagio, si quod inde debetur de iure, quantum peruenit de tanta libera terra de eodem [feodo][1] in eadem villa. Et pro hac . . . [&c.] predicti Can. dederunt michi iiij marcas argenti in Gersumam. In huius autem rei . . . [sealing clause]. Hijs testibus, domino Thoma Appelton' & alijs.

920.

A. p. 176, b.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Thomas of Ickford. Gift of the above-named messuage and croft and three acres of land in exchange for other property.]

[c. 1250–60.] *Dimissio Pr. & Con. de dicto messuagio & crofta cum iij acris terre, vt in escambium supradictum.*

Sc. pres. et fut. quod Nos Robertus Pr. & Con. S. F. Oxon' dedimus . . . [&c.] Thome de I. illud messuagium, cum crofta adiacente, quod fuit quondam Emme f. M. de I., in villa de I., et iij acras terre arabilis in campis de I., scilt. dimidiam acram in Mersforlang' iuxta terram Roberti Dug', et dimidiam in Stretforlang' iuxta acram Rogeri Acelin et terram Roberti le Wyte, et in eadem cultura dimidiam acram iuxta

[1] feodium MS.

terram Rogeri Acelin & terram Roberti le Wyte, item dimidiam acram in Langecrofte iuxta terram Willelmi Ernald, et in eadem cultura dimidiam acram iuxta terram Stephani Hert, et in Morsforlang' dimidiam acram iuxta terram Rogeri Acelin. Hec omnia predicta, cum omnibus pert. et aisiamentis suis, dedimus . . . [&c.] predicto T. & heredibus suis in escambium terre illius quam habuit ad pontem qui dicitur Wodbrigge, iuxta culturam de Wodweye, ex parte aquilonari, sicut in carta quam inde nobis fecit plenius continetur, Ita quod nichil amplius aliquo tempore vel casu pro predicto escambio poterimus exigere. Et nos . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause].

921.

A. p. 176, b.

[Thomas of Ickford to the Prior and Convent of St. Frideswide. Gift of half an acre and one rood of land.]

Item carta predicti Thome de j dimidia acra terre ibidem. [c. 1250–60.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Thomas de I. assignaui Pr. et Con. S. F. Oxon' et Eccl. sue j dimidiam acram que iacet in Mersforlang' inter me, ex vna parte, et Robertum Wolfrich, ex altera, pro qua liberaui eisdem in vendicione eis facta j rodam pro dimidia acra, ita quod predicta dimidia acra, vna cum roda, predictis Can. & Eccl. sue imperpetuum remaneat. Et ego . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause].

922.

A. p. 177.

[Alice, widow of Thomas Atte Water of Ickford, to the same. Gift of all the property which she held for life by way of dower in Ickford in return for an annual allowance of corn.]

Carta reuersionis & tradicionis dotis vxoris predicti T.[1] [c. 1260–70.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Alicia, que fuit vxor Thome Atte Water de I., Salutem in Domino sempiternam. Nouerit vestra vniuersitas me concessisse et tradidisse religiosis viris Pr. & Con. S. F. Oxon' totam terram cum pert. quam prius de eisdem religiosis tenui ad terminum vite mee, nomine dotis, post mortem predicti T., quondam mariti mei, in villa de I., sine vllo retinemento michi vel heredibus seu assignatis

[1] If this may be trusted T. Atte Water and T. son of W. are one and the same person.

meis, Habendam . . . [&c.] imperpetuum, iuxta formam & tenorem feoffamenti sui, quod prefatus T., quondam maritus meus, eisdem de predicta terra, simul cum alijs terris quas prius possederunt, fecit & sigillo suo consignauit. Pro hac autem . . . [&c.] concesserunt michi A. ijdem religiosi singulis annis quo [ad]uixero v quarteria bladi', viz. ij quarteria & dimidium frumenti, vj bussella ordei, vj bussella fabarum et j quarterium auene, soluenda michi, vel meo certo Attornato, apud Wormenhale, singulis annis in festo S. Michaelis, ad totam vitam meam, vt premittitur, sine vlteriori dilacione vel mora. In cuius rei testimonium sigillum meum, vna cum sigillis dictorum Pr. & Con., presenti scripto in modum Cirographi diuiso alternatim sunt appensa.

923.

A. p. 177.

[Letter of the aforesaid Alice, appointing John her son her Attorney to give seisin of the said lands to the same.]

[c. 1260–70.] *Littera attornacionis pro seisina predicte terre Pr. & Con. supradictis ibidem liberanda.*

Pateat vniu. per pres. quod Ego Alicia, vxor Thome atte Water de Ikford, attornaui loco meo dilectum michi in Xpo Iohannem f. meum, ad liberandam religiosis viris Pr. & Con. S. F. Oxon' plenam & integram seisinam de tota terra cum pert. quam prius tenui de eisdem in villa de I., nomine dotis, post mortem prefati T., quondam mariti mei, & hoc omnibus & singulis tenore presencium innotesco. In cuius rei . . . [sealing clause].

924.

O. C. No. III.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Walter the smith and Matilda his wife. Demise of nine acres of land for their lives.]

[1300, June 17.] Pateat vniu. per pres. quod Nos Alexander, Pr. S. Frideswyde Oxon', & eiusdem loci Con. dimisimus & concessimus Waltero fabro de Wrmehal' & Matilde vxori sue ix acras terre arabilis in campis de parua Icford, quam quidem terram habuimus ex dimissione & concessione cuiusdam Emme de Icford, cum j acra & j roda pasture in campis de magna Icford, Habendas . . . [&c.] predicto W. fabro &

M. vxori sue quo aduixerint, Reddendo inde annuatim nobis & successoribus nostris v*s*. ad ij anni terminos, scilt. . . [2*s*. 6*d*. at Michaelmas and at Lady day], pro omnibus seruiciis . . . [&c.]. Et nos [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt nobis predicti W. & M. x*s*. pre manibus. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. Oxon' die Veneris proxima post festum S. Barnabe Apostoli, A° regni Regis E. xxviij°.

925.

A. p. 177, b.

[Royal letters patent restoring to the Prior and Convent of St. Frideswide a large portion of the above-named property, which had been seized as an escheat.]

Memorandum quod predicta terre et tenementa erant seisita in manum domini Regis per Willelmum Otteford, Eschaetorem predicti domini Regis, et postea recuperata sunt, vt patet in recordo et processu super hoc habito, & sub sigillo domini Regis exemplificato, vt patet inferius.

EDWARDUS D. G., &c. Salutem. Sciatis quod inspeximus quendam processum, coram Thesaurario et Baronibus de Scaccario nostro habitum, in hec verba:— [137½.] Feb. 12.

Dominus Rex mandauit hic breue suum de magno sigillo, quod est inter communia de hoc termino, in hec verba:—

Edwardus, D. G. . . [&c.], Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario suo Salutem. Tenorem recordi & processus loquele, que fuit coram nobis in Cancellaria nostra, per breue nostrum, inter nos & Pr. S. F. Oxon' de iij messuagijs, j carucata terre et xx*s*. redditus cum pert. in I., per Willelmum de Otteford, nuper Escaetorem nostrum in Comitatu Buk', in manum nostram captis, que quidem loquela coram nobis missa fuit discucienda, quem coram nobis in Cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, vt hijs inspectis vlterius inde ad exoneracionem predicti Pr. de exitibus messuagiorum, terre et redditus predictorum facere valeatis prout de iure fuerit faciendum. Teste, me ipso apud Westm', vj° die Nouembris, A° regni nostri Anglie xliiij°, regni vero nostri Francie xxxj°. [1370.] Nov. 6.

Et tenor recordi & processus, de quo fit mencio superius in breui, sequitur in hec verba:—

Tenor recordi & processus, de quibus in billa huic cedule attachiata fit mencio, & coram domino Rege termino S. Trinitatis, A° regni E. iij post conquestum xlj° irrotulati, sequitur in hec verba:—

Rotulo xj. Buk'. Memorandum quod venerabilis pater S[imon],

Cantuarien' Archiepiscopus et domini Regis Cancellarius, per manus suas proprias liberauit hic in Curia quoddam placitum in hec verba:—

Placita coram domino Rege in Cancellaria sua apud Westm' in octabis Purificacionis B. Marie, A° regni E. iij xlj [February 9, 136$\frac{6}{7}$]. Dominus Rex, nuper volens cerciorari super causa capcionis terrarum et tenementorum Pr. S. F. Oxon' cum pert. in I. per W. de O., nuper Eschaetorem domini Regis in Comitatu Buk', in manum ipsius Regis, vt dicebatur, mandauit eidem [nuper][1] Eschaetori quod ipsum Regem inde in Cancellaria certificaret, qui quidem Eschaetor in dicta Cancellaria retornauit quod, pro eo quod inuenit, per inquisicionem coram eo ex officio suo captam, quod terre et tenementa predicta appropriata fuerunt per quendam Pr. S. F. Oxon' sine licencia [regia], post puplicacionem statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi, eadem terras & tenementa cepit in manum domini Regis, et postmodum predictus nunc Pr. in Cancellaria predicta apud Westm', per Willelmum de Gersingdon' Attornatum suum, in octabis Purificacionis B. Marie, A° regni ipsius Regis xlj° comparens, dicit quod tenementa in dicta certificacione contenta & in manum Regis capta sunt iij messuagia, j carucata terre & xx*s*. redditus, et quod quidam Thomas de I. & Willelmus de I., diu ante puplicacionem statuti predicti, feoffarunt quendam Robertum, Pr. loci predicti, de messuagijs, terra & redditu predictis, Habendis . . . [&c.] imperpetuum, et quod idem nuper Pr. de messuagijs, terra et redditu predictis virtute feoffamenti predicti seisitus fuit, absque hoc quod idem Pr. qui nunc est, seu aliquis alius Pr. loci predicti, dicta messuagia, terram & redditum, seu aliquam parcellam inde, post puplicacionem statuti predicti adquisiuit, sicut per dictam inquisicionem supponitur, et hoc paratus est verificare per patriam, petendo quod dominus Rex inde ammoueat manum suam. Et Michalzil Skyllyng, qui sequitur pro domino Rege, dicit quod terre & tenementa in certificacione contenta, viz. iij messuagia, j carucata terre et xx*s*. redditus cum pert. in I. appropriata fuerunt ad dictum Prioratum post puplicacionem statuti predicti, sine licencia regia, & hoc petit quod inquiratur, et predictus Pr. similiter. Ideo datus est eis dies coram ipso domino Rege in crastino Ascensionis Domini proxime futuro [May 28, 1367], vbicunque fuerit in Anglia, ad faciendum & recipiendum quod iustum fuerit in premissis. Ad quem crastinum coram domino Rege apud Westm' venit predictus Pr., per Attornatum suum predictum, et offert verificacionem quam prius. Ideo preceptum [est] Vicecomiti quod venire faciat coram domino Rege in octabis S. Trinitatis [June 20, 1367], vbicunque, &c. xxiiij tam Milites, &c. de visu predicto, per quos, &c. et qui, &c. ad

[1] super MS.

recognoscendum, &c. Ad quem diem coram domino Rege apud Westm' venit tam Pr., per Attornatum suum, quam Thomas de Shardelowe, qui sequitur, &c. Et Vicecomes non misit breue. Ideo sicut alias preceptum est Vicecomiti quod [venire][1] faciat coram domino Rege in octabis S. Michaelis [October 6, 1367], vbicunque, &c. xxiiij tam Milites, &c. et qui, &c. ad recognoscendum, &c. Et idem dies datus [est] partibus, &c. Postea, continuato inde processu versus prefatum Pr. per iuratos positos in respectum coram domino Rege vsque in octabas S. Hillarij, A° regni Regis nunc xlij°, [January 20, 136⅞], ad quem diem coram domino Rege apud Glouc' venit predictus Pr., per Attornatum suum. Et Vicecomes recepit nomina iurate, quorum nullus, &c. Ideo iurata predicta ponitur in respectum coram domino Rege vsque a die Pasch' in j mensem [May 7, 1368], vbicunque, &c. nisi Iusticiarij domini Regis, ad assisas in Comitatu predicto capiendas assignati, prius die Lune proximo post quindenam Pasch' [April 24, 1368] apud Neuport Paynel per formam statuti, &c. venerunt pro defectu iurate, quia nullus, &c. Ideo Vicecomes habeat corpora, &c. Ad quem diem coram domino Rege apud Westm' venit predictus Pr., per Attornatum suum, et Rogerus de Meres, coram quo, &c. misit recordum xj iurate predicte coram eo habite, in hec verba:—

Postea, die & loco infra contentis, coram Rogero de Meres et Iohanne de Fencotes, Iusticiarijs ad assisas per formam statuti, &c., venit tam Iohannes de Olneye, Escaetor domini Regis in Comitatu predicto, qui sequitur pro ipso Rege, quam Pr. S. F. Oxon' qui nunc est, per Attornatum suum infra contentum. Et similiter iurata venit, qui ad hoc electi, [triati][2] et iurati dicunt super sacramentum suum quod predicta tenementa vnde infra fit mencio, viz. iij messuagia, j carucata terre et xx*s*. redditus cum pert. in I. data fuerunt cuidam Roberto, quondam Pr., predecessori predicti nunc Pr., tenenda . . . [&c.] imperpetuum, per quosdam T. de I. & W. de I., diu ante puplicacionem statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi, viz. tempore Henrici Regis, proaui domini Regis nunc, virtute cuius feoffamenti idem nuper Pr. fuit inde seisitus, absque hoc quod Pr. qui nunc est, vel aliquis predecessorum suorum, predicta tenementa cum pert., vel aliquam parcellam eorundem, post puplicacionem statuti predicti adquisiuit, prout per certificacionem infra contentam supponitur. Ideo consideratum est quod manus domini Regis de terris & redditu predictis ammoueatur, & prefato Pr., vna cum exitibus inde medio tempore perceptis, liberentur, saluo semper iure domini Regis, si quod, &c.

Et super hoc venit hic modo in crastino Ascensionis Domini hoc

[1] venit MS. [2] tritati ib.

termino [May 19, 1368] predictus Pr., in propria persona sua, & petit sibi fieri iuxta tenorem breuis regij et recordi supradictorum, quod Curia, &c. Et super hoc, facto scrutinio rotulorum, &c., compertum est in rotulo de particulis compoti Willelmi Otteford, Escaetoris Regis in Comitatibus Canc', Hunt', Bed' & Buk', a festo S. Michaelis, A° xxiij finiente, vsque idem festum proxime sequens, viz. per j annum, quod [idem][1] Escaetor cepit in manum Regis viij° die Augusti, A° xxxiiij Regis huius [1360], xl acras terre in I. in dicto Comitatu Buk', pro eo quod inuenit per inquisicionem coram eo captam quod Pr. S. F. terram illam appropriauit sibi & Domui sue sine licencia Regis. Quibus compertis, quia per eandem non constat Curiam si eedem xl acre terre sint eadem tenementa que, sub nomine iij messuagiorum, j carucate terre & xx*s*. redditus, in dicto recordo specificantur, dictum est prefato Pr. quod inde informet Curiam, &c. qui dicit quod dicte xl acre, sic per dictum Escaetorem in manum Regis capte, sunt parcella dicte carucate terre in dicto recordo annotate, et pertendit verificare qualitercunque Curie, &c. Ideo fiat inde inquisicio, et preceptum est Vicecomiti [quod] venire faciat hic a die S. Trinitatis in xv dies [June 18, 1368] xviij Milites, &c. de visu de I., quorum quilibet, &c. per quos, &c. et qui nunc, &c. ad recognoscendum in premissis. Et idem dies datus est prefato Pr. Ad quem diem [idem][1] Pr. venit. Et Vicecomes retornat breue cum panello de nominibus iuratorum. Et ipsi non veniunt. Ideo preceptum est Vicecomiti quod ipsos distringat, &c. ita, &c. a die S. Michaelis in xv dies [October 13, 1368]. Et idem dies datus est prefato Pr. Ad quem diem idem Pr. venit. Et Vicecomes retornat breue. Et iurati inde non veniunt. Ideo preceptum est Vicecomiti quod ipsos distringat vt prius, ita, &c. a die S. Hillarij in xv dies [January 27, 136$\frac{8}{9}$] vel interim, coram Willelmo de Hanleye, Rememoratore huius Scaccarij, qui per litteras patentes sub sigillo eiusdem Scaccarij assignatur ad inquisicionem interim capiendam. Et idem dies datus est prefato Pr. Ad quem diem [idem][1] Pr. venit. Et predictus W. liberauit hic quandam inquisicionem super premissis, coram eo captam apud Ouer Wynchendon' in Comitatu Buk', die Iouis proximo post festum Epiphanie Domini, A° xlv° Regis huius [January 7, 137$\frac{1}{2}$] in presencia dicti Pr. ibidem personaliter comparentis, per sacramentum Thome Stoteuille, Roberti Peper et aliorum [iurate][2], quorum nomina annotantur in eadem inquisicione, que est inter inquisiciones et extenta de A° xlvj° dicti Regis huius, qui iurati et [triati][3] dicunt super sacramentum suum quod xl acre in I., nuper capte in manum Regis per W. de O. Escaetorem Regis in Comitatu

[1] ijdem MS. [2] iure ib. [3] tritati ib.

Buk', pro eo quod inueniat per inquisicionem coram [eo] captam quod Pr. S. F. Oxon' terram illam appropriauit sibi et Domui sue sine licencia Regis, sunt parcella iij messuagiorum, j carucate terre & xx*s*. redditus in dicta villa de I., que quondam data fuerunt cuidam Roberto, Pr. loci predicti, predecessori nunc Pr., tenenda . . . [&c.] imperpetuum, per quosdam T. de I. et W. de I., diu ante puplicacionem statuti de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis editi, viz. tempore H. Regis, proaui domini Regis nunc, prout in quodam recordo inde habito plenius continetur, super quibus habita deliberacione concordatum est et consideratum quod [Rex] ammoueat manum suam de predictis xl acris terre in I., in predicto Comitatu Buk', per dictum W. de O. in manum Regis captis, quod que idem Pr. habeat restitucionem, vna cum exitibus de quibus Regi nondum est responsum. Et super hoc mandatum est nunc Escaetori quod [eidem][1] Pr. easdem xl acras terre restituat in forma predicta. Quem quidem processum ad prosecucionem prefati Pr. sub sigillo Scaccarij nostri duximus exemplificandum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste, Thoma de Lodelowe, apud Westm', xij die Februarij, A° regni [nostri] Anglie xlvj°, regni vero nostri Francie xxxiij°. Per Rotulum de A° xlvj° Pasch' record'.

[pp. 180, b.–184, b. blank in A.]

OVER WINCHENDON[2].

926.

A. p. 185.

[Repetition of the boundaries of the Manor of Winchendon, from No. 2.]

Memorandum quod villa de Wynchendon' in Comitatu Buk' & Eccl. ibidem sunt de prima fundacione Eccl. S. F. predicte, vt patet in carta Ethelredi, quondam Regis Anglie, de renouacione eiusdem Eccl., in qua procinctus dicti Manerij lucide demonstratur, cuius tenor sequitur in hec verba.

Wynchendon'. Yar are x hide landes mere in to Wynchendon', erest of asshelfesswell in to Byrisdyk, of the dyk to vndre ye trowe, of ye treowe in to more, of the more into the haued lande, of the haued

[1] eisdem MS. [2] Over Winchendon, Bucks, usually written in the text Wynchendon', 6 m. N.N.E. of Thame, Oxon.

lande in to well syke, of ye sike in to Brichenbrok, of yat brok in to tame Streme endlonge tame streme to ebbeslade, of ye slade to merwelle, fro merwell to ruskelowe, fro ye lowe to ye fulpitte, fro yat putte in to risbrok, of risbrok in to wottesbrok, of Woddesbroker' est in to asshelfesswell.

Habet eciam ibidem Eccl. S. F. liberam Curiam suam, Visum Franciplegij, Wayf, Strayf, & multas alias liberas consuetudines, libertates & furcas. Predicta vero villa, cum Eccl. ibidem, confirmatur per plurium cartas Regum & Pontificum[1], vt infra inter confirmaciones, & supra in fundacione predicti loci, faciliter poterit reperiri.

927.

Liber antiquus Hugonis Wells, p. 14.

WINCHENDON. Vicaria in Eccl. de Winchendon, que est Pr. et Can. S. Frideswide, Oxon', auctoritate concilii ordinata, consistit in toto altaragio ipsius Eccl., exceptis minutis decimis de curia Pr., et in decimis garbarum dimidie hide terre, quam Robertus fil. Gervasii tenet, cum decimis garbarum et feni dimidie virgate terre, quam Walterus Tresboen tenet, et in manso competente.

928.

A. p. 185. C. p. 293. No. 446.

Repeated No. 975.

[Pope Honorius III to the Prior and Convent of St. Frideswide. General confirmation charter, but special as regards the Churches of Fritwell and Winchendon.]

Sequitur confirmacio Honorij Pape iij de Eccl. supradicta.

[1221. Oct. 28.] HONORIUS Episcopus . . . [&c.] dilectis fil. Pr. & Con. Eccl. S. Trinitatis et S. F. Salutem . . . [&c.]. Sacrosancta Romana Eccl. deuotos & humiles, ex assuete pietatis officio, propensius diligere consueuit, et ne prauorum hominum molestijs agitentur, eos tanquam pia mater sue proteccionis munimine confouere. Ea propter, dilecti in Domino f., vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, personas vestras & Eccl. S. Trinitatis & S. F., in qua diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que in presenciarum racionabiliter possidet, aut in futurum iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub B. Petri et nostra proteccione suscipimus, specialiter autem de Fretwell' et de W. Ecclesias, ac alia bona vestra, sicut ea

[1] Nos. 5, 8, 15, &c.

omnia iuste possidetis, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo . . . [minatory clause]. Dat. Laterano v Kln. Nouembris, Pontificatus nostri A° vj° [1].

929.

A. p. 185, b.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Robert Fitz-Gervase. Demise of half a hide of land.]

Carta dimissionis de dimidia hida terre ibidem pro xs. per ann. [c. 1210–28.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon Pr. S. F. de Oxon' et eiusdem loci Con. Salutem eternam in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse . . . [&c.] Roberto f. Geruasij, pro homagio et seruicio suo, j dimidiam hidam terre, cum pert. suis, in Vpwynchendon', illam, scilt. quam G. pater eius de nobis tenuit in eadem villa, Habendam . . . [&c.] imperpetuum . . . [&c.], Reddendo nobis inde annuatim xs. esterlingorum ad festum S. Michaelis, pro omni seruicio . . . [&c.]. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

930.

A. p. 185, b.

[The same to Philip Fitz-Richard. Demise of a virgate of land.]

Sequitur alia dimissio j virgate terre ibidem pro xs. reddendis per ann. & j arrura vocata Grasehaker' facienda, et aliis operibus [2] *in sequenti carta plenius specificatis* [3]. [1228–35.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] E., dictus Pr. S. F., et eiusdem loci Con. Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos, vnanimi consensu, dedisse . . . [&c.] Philippo f. Ricardi, quondam Prepositi nostri, & heredibus suis, pro homagio & seruicio suo, j virgatam terre, cum pert. suis, in villa de W., illam, scilt. quam pater suus tenuit de nobis, Habendam . . . [&c.], in pascuis, pratis et alijs aisiamentis terram predictam contingentibus, Reddendo inde nobis annuatim xs. ad ij terminos, scilt. . . [5s. at Easter and on S. F.'s day], et j arruram que vocatur Graseacr', & opera autumpnalia, scilt. iiij bederipes cum ij hominibus, scilt. [ij] sine cibo & ij cum cibo, pro omni seruicio . . . [&c.]. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

[1] Date C and No. 975. [2] alia opera MS. [3] specificata ib.

931.

A. p. 186.

Printed K. P. A. ii. 150, from A.

[Conviction, after inquisition held, of Emma Grek for stealing nineteen marks from the house of John atte Welle at Winchendon.]

[1372, May 29.] *Indictamentum Emme Grek' de xix marcis ibidem felonice & furtiue ablatis, vt patet inferius per eandem.*

Inquisicio capta apud W. ad Visum Franciplegij, tentum ibidem die Sabbati proximo post festum S. Trinitatis, A° regni Regis E. iij post conquestum Anglie xlvj°, coram Iohanne Baldyngdon' seniori ibidem, per sacramentum Ricardi Hirdewyk, Iohannis Blakgroue, Hugonis West, Iohannis Elys, Walteri Pridhume, Walteri Vale, Ricardi Deryng', Iohannis Taylor, Henrici Iordan, Stephani Picotte, Willelmi Brette & Roberti Godefray, qui dicunt super sacramentum suum quod Emma Grok' in vigilia Natiuitatis S. Iohannis Baptiste, A° regni Regis supradicti xlv°, [June 23, 1371] domum Iohannis atte Welle in Ouer-Wynchendon fregit, & xix marcas dicti I. atte W. ibidem inuentas felonice furata fuit. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. apud Ouer-Wynchendon' die Sabbati predicto, A° regni supradicti xlvj°.

932.

A. p. 186.

Printed K. P. A. ii. 151 to *, from A.

[A dispute having arisen as to whether the stolen money was forfeited as a Waif to the King or to the Prior and Convent of St. Frideswide, as Lords of the Manor, it was, after inquisition held, adjudged to the latter. King's writ to that effect.]

[1373.] Sept. 16. *Memorandum quod dicte xix marce seisite fuerunt ibidem, tanquam Wayf, in manum Pr., vt de antiqua consuetudine fieri consueuit de huiusmodi. Escaetor tamen postea domini Regis in Comitatu Buk', capta prius inquisicione de predicto latrocinio, dictas xix marcas leuare voluit, vnde oues, boues & alia predicti Manerij aueria abinde fugauit, et pro dictis xix marcis habendis penes se detinuit, vnde breue*[1] *quod subscribitur impetratum est & eidem Escaetori pro causa predicta directum.*

[1] Here K. P. A. proceeds, '&c. et post assisam habitam predictis Pr. & Con. adjudicate fuerunt.'

Rex dilecto sibi Iohanni de Brokton', Escaetori suo in Comitatu Buk', Salutem. Cum tu, vt accepimus, pro eo quod per quandam inquisicionem coram te ex officio tuo captam compertum extiterit quod Iohanna, vxor Nicholai Milleward[1], xix marcas de Iohanne Man[1], infra procinctum Manerij de Ouer-Wynchendon' ad Prioratum S. F. pertinentis, furata fuit, et quod Balliuus Prioratus illius de Manerio predicto eandem summam, tanquam Wayf, ad opus Pr. loci predicti seisiri fecit, pretendens dictam summam ad nos pertinere debere, tam aueria carucarum quam alia diuersa aueria dicti Prioratus nomine districcionis ceperis, et ea sic detineas minus iuste, iam que custodes Prioratus illius nobis supplicauerint vt cum capcio & detencio auerio-rum predictorum in nostri preiudicium cedant manifeste, maxime cum terra dicti Prioratus pro defectu aueriorum illorum inculta remaneat, volumus aueria predicta eisdem custodibus deliberari iubere, Nos, supplicacioni predicte annuentes, tibi precipimus quod aueria predicta, si ea occasione & non alia capta & detenta existant, eisdem custodibus deliberari facias indilate, et hoc nullatenus omittas. Teste, me ipso apud Westm' xvj die Septembris, A° regni nostri xlvij°.

933.

A. p. 186, b.

[Report of a court of inquiry that it will not be to the loss of the King to allow the Prior and Convent of St. Frideswide to acquire three and a half acres of land from Richard Blackstone.]

Inquisicio facta per Escaetorem domini Regis pro iij acris & dimidia ibidem appropriandis, &c. vt inferius. [1374, Nov. 11[2].]

Inquisicio capta coram Iohanne de Broghton', Escaetorem domini Regis in Comitatu Buk', die Lune in festo S. Martini, A° regni Regis E. iij post conquestum xlviij, per sacramentum Walteri Pridhume, Thome Twyche, Walteri Vale, Stephani Picot, Thome Pleystede, Walteri Godfra, Iohannis atte nasshe, Thome Pridhume & aliorum, qui dicunt super sacramentum suum quod non est ad dampnum nec preiudicium domini Regis, nec aliorum, licet dominus Rex concedat Pr. & Con. S. F. Oxon' quod ipsi iij acras terre & dimidiam cum pert. in Ouer-Wynchendon', quas ipsi adquisierunt de Ricardo Blakston' sibi & successoribus suis imperpetuum, [tenere possint]. Item dicunt

[1] These names differ from those given in preceding charter. [2] There is some doubt as to this date, as none of the festivals of St. Martin commemorated in the English Calendar fell on a Monday in this year. In 1373 the Translation of St. Martin [July 4] occurred on that day of the week, and that may possibly be the true date.

quod predicte iij acre terre & dimidia in manum domini Regis per iiij [annos] extiterunt racione perquisicionis predicte. Item dicunt quod predicte iij & dimidia acre terre tenentur de dicto Pr. & Con. Oxon' per seruicium militare, et reddit inde per ann. dictis Pr. & Con. iiij*d.*, soluendos ad festum S. Michaelis. Et dicunt quod predicte iij acre & dimidia terre valent per ann. in omnibus exitibus, iuxta verum valorem, xij*d.* In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. apud Buk' die & a° supradictis.

934.

A. p. 187.

[Royal licence to the Prior and Convent of St. Frideswide to acquire the same.]

[1375.] May 20. *Sequitur licencia & pardonacio domini Regis pro predictis iij acris & dimidia terre Eccl. S. F. appropriandis.*

Edwardus, D. G. Rex Anglie, &c., Salutem. Sciatis quod cum dominus E., nuper Rex Anglie, pater noster, per litteras suas patentes, ad instanciam Margarete [1], nuper Comitisse Cornubie, neptis sue carissime, concesserit & licenciam dederit, pro se & heredibus suis, quantum in ipso fuit, tunc Pr. & Con. S. F. Oxon' quod ipsi xx libratas terrarum et tenementorum & reddituum per ann., secundum verum valorem eorundem, tam de feodo suo proprio quam alieno, exceptis terris, tenementis et redditibus que de ipso patre nostro tenebantur in capite, adquirere possent, Habenda . . . [&c.] imperpetuum, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, dum tamen, per inquisiciones inde in forma debita faciendas, et in Cancellariam dicti patris nostri vel heredum suorum rite retornandas, compertum foret quod id fieri possit absque preiudicio patris nostri predicti, vel alterius cuiuscunque, prout in eisdem litteris plenius continetur, Ac nunc Pr. et Con. loci predicti nobis supplicauerint vt cum nuper Pr. & Con. eiusdem loci iij acras terre & dimidiam cum pert. in Ouer-Wynchendon' de feodo ipsorum Pr. & Con. de Ricardo de Blaston' sibi et successoribus suis sub confidencia litterarum predictarum adquisiuissent, et eas prius quam inquisiciones inde in Cancellariam dicti patris nostri seu nostram iuxta tenorem earundem retornate fuerint, ingressi fuissent, que quidem terra, occasione predicta capta est in manum nostram, velimus eisdem Pr. & Con. concedere quod ipsi terram predictam cum pert. rehabere possint et tenere sibi & successoribus suis, in partem satisfaccionis xx libratarum terra-

[1] The lady Margaret de Clare, niece of Edward II, m. 1309 to Piers de Gaveston, Earl of Cornwall. Doyle's *Baronage*, i. 438.

rum, tenementorum et reddituum predictorum, Nos pro dimidia marca, quam nunc Pr. & Con. nobis soluerunt, supplicacioni predicte annuentes, & concessionem eiusdem patris nostri effectui debito volentes mancipari, pardonauimus transgressionem factam in hac parte, et concessimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Pr. & Con. quod ipsi terram predictam cum pert., que de nobis non tenetur, & que valet per ann. in omnibus exitibus iuxta verum valorem eiusdem xij*d.*, sicut per inquisicionem inde per dilectum nobis Iohannem de Broghton', Escaetorem nostrum in Comitatu Buk', de mandato nostro captam & in Cancellariam nostram retornatam, compertum est, habeant et teneant sibi & successoribus suis in valorem ij*s.* per ann., in partem satisfaccionis xx libratarum terrarum, tenementorum & reddituum predictorum imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, Iusticiarij, Eschaetoris, Vicecomitis, aut Balliuorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcunque, statuto predicto non obstante, saluis tamen capitalibus dominis feodi illius seruicijs inde debitis et consuetis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes apud Westm' xx° die Maij, A° regni nostri xlix°.

935 [1].

A. p. 187, b.

[Customary services of the tenants of Winchendon.]

Seruicia et consuetudines de tenentibus in W.

Willelmus Trauers tenet ij virgatas terre in W. pro viij*s.* per ann. ad festum S. Michaelis, et debet j precariam in autumpno cum tota familia sua, exceptis vxore & bercario, et erit vltra eos cum virga in manu sua ad videndum vt bene faciant, et stabit ad mensam domini, & debet sectam curie de iij septimanis in iij septimanas.

Walterus Frankeyne tenet ij virgatas terre, reddendo per ann. x*s.* ad festum S. Michaelis, et faciet omnia alia seruicia sicut dictus Willelmus.

Elis' de W. tenet j virgatam terre, reddendo per ann. x*s.* ad ij anni terminos equaliter, ad festum S. Michaelis & ad festum S. Marie in Marcio, et warectabit j acram que vocatur Grasaker, et debet iiij precarias in autumpno, quamlibet cum ij hominibus, viz. ij ad cibum domini & ij ad proprium cibum, et debet sectam vt supra.

[1] Probably the original of this was an ancient document, written possibly in Anglo-Saxon characters. Hence the confusion of the text, which has however been transcribed faithfully, alterations having only been introduced where needed by the grammar.

Sunt eciam in eadem xxxij tenentes terre et [domini][1], de quibus xxvj, quorum quilibet reddet per ann. v*s*. ad Festum S. F., et ad idem festum dabunt illi viij*s*. Maldsiluer, & arrabunt ter in anno, scilt. qualibet caruca j acram, et falcabunt pratum quod vocatur Emede, cum auxilio iij qui sunt in opere domini per ann. Et coterelli dictum pratum dispergent, & ipsi de villa vertent illud & leuabunt fenum. Et predicti xxvj, simul cum Ricardo in cuniba, fenum ad domum domini cariabunt, viz. quilibet eorum ij carectatas feni, et Thomas Mitteherte j carectatam, et habebunt panem sufficientem & salem plus plenum, j caseum, & j fossum de stramine, quantum j homo portare poterit extra portam, et reportabunt j stapulam de dictis Multonibus ad Balliuum & Preposito pelles, & dabit eis Prepositus ij*d*., & pro coto suo habebunt iiij panes, & vij panes coterelli, & ad tassum feni faciendum debent ipsi coterelli auxiliare, & habebunt iantaculum de domino. Et predicti xxxviij [sarculare][2] debent j diem sumptibus eorum proprijs, et coterelli similiter, et quilibet eorum omnium [inueniet][3] ij homines ad iiij precarias in autumpno, viz. j diem ad carnem, j diem ad allecia, ij dies sint sumptibus eorum proprijs, et ad j precariam quilibet eorum inueniet j hominem sumptibus domini, ad quam [precariam][4] quilibet venire per j hominem debet. Et quilibet predictorum xxvij cariabit ij carectatas bladi, et Thomas Mitteherte j carectatam sumptibus eorum proprijs. Et predicti xxvj inuenient j hominem ad operacionem domini qualibet die operabili a festo S. F. vsque ad festum S. Martini, & vocatur Benwerke. Et quilibet virgatarius terre dabit domino ad Natale j gallinam & ad Pasch' x oua, et coterelli pacare debent dicta oua apud S. Frideswidam, & ipsi habebunt, scilt. quilibet qui ligat garbas in autumpno per totum diem j garbam, & auxiliare debet ad tassum fabarum per candelam ad grangiam. Ricardus in cuniba dabit domino iiij*s*. redditus ad festum S. F. Et vj homines dicte ville operabunt qualibet die operabili per ann., quorum iij cariabunt apud Oxon' ix bussellos bladi quolibet die Sabbati per ann. Et j de xxvj Tunelr' cariabit cum eis iij bussellos, & vocatur bilode. Et ipsi vj arabunt ix acras & dimidiam ad semen yemale, et inuenient iij bussellos frumenti ad seminandum, et dictam terram herciabunt. Et ipsi vj dabunt domino de redditu ad festum S. F. ij*s*. vj*d*., & dabunt pannagium et Tolcester, & quilibet eorum die quo arrabunt triturare [debet][5] in grangia domini vj bussellos frumenti, et si contingat quod j eorum, ij, vel iij, vel omnes, ligant garbas in autumpno, quilibet habebit j garbam si [ligat] per totum diem.

Galfridus faber dat domino v*s*. per ann. ad festum S. Michaelis et ad festum B. Marie per equales porciones, et facit iiij precarias in

[1] dī MS. [2] cerclare ib. [3] inuenient ib. [4] precare ib. [5] debent ib.

autumpno cotidie cum j homine, scilt. ij ad custodomini et ij ad custus proprios, & tunc illis ij diebus in quibus est ad proprium custum ij garbas [habebit] & auxiliare debet ad [faldam][1] domini portandam, & lauabit oues domini & tondebit, & habebit iantaculum suum de domino, & sarculabit per j diem, et dabit domino ij gallinas & j gallum.

Sunt eciam in eadem villa vj coterelli, quorum quilibet dabit domino xvj*d.* per ann. ad festum S. Michaelis & ad festum B. Marie per equales porciones, & sarculabunt per j diem, & venient ad iiij precarias in autumpno, de quibus [ij sint] ad custodomini et ij ad custus proprios, & tunc habebit quilibet eorum j garbam, & [portabunt][2] faldam, & bidentes lauare et tondere debent, et habebunt iantaculum et iij*d.*, & auxiliare debent ad tassum feni fabarum, & quilibet eorum dabit iij gallinas & j gallum.

Sunt eciam ibidem Rogerus Iuory et Claritta, coterelli, qui dant domino v*s.* ad festum S. Michaelis & ad festum B. Marie, et venire debent [ad] ij precarias in autumpno, & stabunt ad mensam domini.

Et memorandum quod Iohanni atte Pleistede iij*d.* & Ricardo Cut iij*d.* debent allocari pro molendino.

Robertus Pape dabit j*d.* pro gara iuxta croftum suum.

Et predicti xxxij herciabunt per j diem ad custus proprios tempore yemali, & xxvj eorum herciabunt per j diem tempore quadragesimali, et quilibet eorum habebit ij zepsones auenarum, & ipsi xxvj cariabunt buscam apud Bernewode, & stabunt ad mensam domini.

[pp. 189, 189, b, blank in A.]

CHEARSLEY[3].

936.

A. p. 190.

[Roger de Cressy to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of a rent of 13*d.* per annum.]

*Carta Rogeri Cressy de xiij*d. *annui redditus ibidem exeuntis* [*de*] [c. 1230[4].] *j virgata cum pert. quam Willelmus Belekace olim tenuit.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Rogerus de Cressy, f. Hugonis de Cressy, Salutem. Nouerit vniuersitas vestra me, diuini amoris intuitu . . . [&c.], concessisse . . . [&c.] Deo & S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] xiij*d.*

[1] falcam MS. [2] portabat ib. [3] Chearsley, Bucks, usually written in the text Gerdeslee, 4½ m. E. S. E. of Brill. [4] R. de C. died 20 H. III. D. B. i. 708.

de redditu in villa de Gerdeslee, scilt. de illa virgata terre quam Willelmus Belekace tenuit de me in eadem villa, annuatim percipiendas ad festum S. Michaelis de quocunque terram illam teneat. Et in huius rei . . . [sealing clause].

BEANTON[1].

937.

A. p. 191.

[The Abbot and Convent of Notley and the Prior and Convent of St. Frideswide. Settlement of a dispute respecting tithes.]

[c. 1200.] *Carta Abbatis et Con. Eccl. B. Marie de Nutteleye de ij*s. *annuatim soluendis Eccl. S. F. pro decimis de dominio Hamonis Carbonel in villa de Badynton'.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] R. Abbas et Con. de Notteley[2] Salutem in Domino. Cum ea que amicabili composicione semel finem legitimum sunt sortita nullorum improbitate siue malicia debeant infringi, expedit et futuris temporibus perutile est ea per scriptum perpetue commendari. Ad vestram igitur noticiam volumus peruenire quod causa que vertebatur inter nos et Pr. et Can. S. F. Oxon' super decimis de dominio H. Carbonel in Badynton' in hunc modum amicabiliter conquieuit, viz. Quod predicti Pr. et Can. toci iuri quod in eisdem decimis habuerant, cum resignacione instrumentorum suorum nobis facta, renunciantes, nobis easdem decimas perpetuo possidendas concesserunt. Ita tamen quod nos, pro bono pacis, nomine earundem decimarum, eisdem Pr. & Can. ij*s*. annuatim ij terminis, scilt. . . [12*d*. at Michaelmas and on Palm Sunday], persoluemus. Hec autem composicio, ne imposterum alicuius malicia posset eneruari, eam presentis scripti attestacione et sigilli nostri apposicione dignum duximus corroborare.

[pp. 192, 192, b. blank in A.]

---

[1] Beanton, usually written in the text Badinton', a hamlet of Stoke Lyne parish, Oxon, 3 m. N. of Bicester. [2] Notley, an Augustinian Abbey, founded 1162 by Walter Giffard, second Earl of Buckingham, and Ermengarde his wife in Long Crendon parish, Bucks, 2 m. N. N. E. of Thame, Oxon.

CUDDESDEN[1], CHIPPINGHURST, DENTON, FOREST HILL[2].

938.

A. p. 193.

[Repetition of the portion of No. 5 relating to the above-named parishes.]

Sequitur de porcionibus in Codesdon', Chibenhurste, Denton', Horspath, Horspath et Forsthull', pertinentibus ad Eccl. predictam.

939.

A. p. 193.

[Repetition of No. 43.]

Confirmacio domini Willelmi Lincoln' Episcopi de confirmacionibus supradictis.

A. p. 193, b.

Predicte vero porciones confirmantur per cartas Regum Anglie, viz. Iohannis, Henrici, E. j, E. ij et E. iij et Ricardi ij, ac eciam bullis & litteris tam summorum Pontificum quam aliorum Episcoporum[3], *vt clare patet supra in fundacione Eccl. et infra inter confirmaciones Regum et Pontificum.*

FOREST HILL.

940.

A. p. 193, b. Os. f. 104, b[4].

[The Canons of St. Frideswide and the Canons of Oseney. Agreement respecting rights at Forest Hill.]

Composicio inter nos et Eccl. Oseneye de Forsthull' in hec verba. [1173-4.]
Composicio inter Ecclesias Osen' & S. Fredeswith. [*Os.*]

NOTUM sit tam fut. quam pres. quod controuersia habita inter Can. de S. F.[5] & Can. de Osen' super Capella de F. hac amicabili

[1] Cuddesden, Oxon, usually written in the text Codesdon', 6 m. E. S. E. of Oxford. Chippinghurst (Chibenhurste) and Denton are hamlets of the same. [2] Forest Hill, Oxon, usually written in the text Forsthull', 3½ m. E. by N. of Oxford. [3] Nos. 5, 15, 16, &c. [4] Registrum Oseneyense penes Dec. et Cap. Ædis Christi, Oxon. [5] Fredeswyd.

composicione terminata est. Eccl. S. F.[1] corpora mortuorum de F. et diuisas quas ipsi mortui fecerint Eccl. S. F.[1] integre habebit, et de singulis virgatis terre de F. singulas trauas annuatim, et de dominio Abbatis annonam j acre, medietatem j acre de hiuernagio[2] & medietatem de tremesio, & preterea annonam dimidie acre vno anno de hiuernagio[2] & altero anno de tremesio. Reliquum autem omne ius, quod ad Eccl. suam Can. de S. F.[1] pertinere dicebant, Eccl. de Osen' integre & pacifice & libere reseruatur in omnibus alijs que pertinent ad Capellam de F. Quicunque autem Sacerdos auctoritate Abbatis in Capella ministrabit in sua institucione iurabit coram Iudice Ecclesiastico se aduersus Eccl. de S. F.[1] in diuisis, vel alijs predictis, nichil maligne acturum. Hec composicio facta est in presencia domini Iohannis Cicestr'[3] electi, qui ad hanc causam a summo Pontifice Iudex fuerat delegatus.

HORSPATH[4].

941.

A. p. 194.

[The Prior and Convent of St. Frideswide and the Preceptor of the Knights Templar of Sandford. Agreement as to certain dues at Horspath.]

[1296, Aug. 19.] *Composicio inter nos et Preceptorem Militum Templi de Sanford de colleccione garbarum de quadam porcione in villa de Horspath' superiori & Horspath inferiori, et de ijs. pro labore colligencium soluendis in festo S. Petri ad vincula, &c., vt inferius patet.*

Pateat vniu. per pres. quod conuentum est inter religiosos viros Pr. & Con. S. F. Oxon', ex vna parte, et Preceptorem dictum Militum Templi de Sanford[5], ex altera, super colleccione et vnacione trauarum quarumdam bladi, scilt. medietatem bladi yemalis et medietatem bladi quadragesimalis, quas predicti Pr. et Con. dicunt ad se pertinere annis singulis ab antiquo, nomine decime de villa H. superiori & inferiori, scilt. de qualibet virgata terre tenencium dicti Preceptoris j trauam, in forma subscripta, viz. quod dictus Preceptor vult & concedit quod homines sui predictarum villarum fideliter colligant et

[1] Fred'. [2] humeragio A. [3] tunc ib. Probably John of Greenford, el. 1173, cons. 6th October, 1174. Le Neve's *Fasti*, i. 239. [4] Horspath, Oxon, usually written in the text Horspathe, 4 m. E. S. E. of Oxford. [5] This Preceptory was founded at Cowley through the liberality of the Empress Maud, and removed to Sandford-on-Thames, temp. Ric. I, when Thomas of Sandford endowed it with the Manor of that place.

saluo custodiant predictas trauas, plene ac sine diminucione deliberent predictis Pr. et Con., prout temporibus retroactis colligere, custodire consueuerunt et deliberare. Et predicti Pr. & Con. soluent et dabunt singulis annis hominibus predictarum villarum ij*s*. sterlingorum pro labore illorum in festo S. Petri ad vincula, sine vlteriori dilacione et cauillacione quibuscunque. Et si contingat predictos Pr. et Con. in solucione predicta tempore statuto deficere, vel soluere recusare, extunc [licebit] predictis hominibus trauas illas, sicuti suas alias garbarum decimas, in campum proijcere et decimare, prout Eccl. de Horspath soluunt et soluere consueuerunt, sine aliqua calumpnia vel contradiccione seu inquietacione dictorum Pr. & Con. Et si predicti homines predictas trauas in forma prescripta collegerint, custodierint et deliberauerint, prefati Pr. & Con. tam Preceptorem de Sanford quam homines suos predictarum villarum, si contingat super premissis litem moueri vel molestiam inferri contra Rectorem Eccl. de H., et quascunque personas in omnem euentum, tam in expensis quam eorum interesse quibuscunque, indempnes conseruabunt. In cuius rei testimonium presentibus scriptis bifurcatis sigillum commune Domus S. F. diuisim et sigillum Preceptoris Sanford alternatim sunt appensa. Et promittit dominus Preceptor quod procurabit sigillum commune Capituli Milicie Templi ad proximum Capitulum eorum generale presentibus apponi. Dat. Oxon' die Dominica post Assumpcionem B. Marie, A° regni Edwardi xxiiij°.

942.

A. p. 194, b.

[Report of a court of inquiry as to the right of the Prior and Convent of St. Frideswide in certain dues. Verdict in their favour.]

Quedam inquisicio facta fuit apud Oxon' coram Dragone de Barentyn, Vicecomiti Oxon', de iure et possessione porcionum predictarum, A° regni Regis E. f. Regis E. xviij°, vt subnotatur. [1324, Aug. 9.]

Inquisicio facta coram Drogone de Barentyn, Vicecomiti Oxon', apud Oxon', die Iouis in vigilia S. Laurencij, A° regni Regis E. f. Regis E. xviij°, si Pr. S. F. Oxon' et predecessores sui, virtute cartarum progenitorum domini Regis, quondam Regum Anglie, et confirmacionis domini Regis nunc, a tempore confeccionis earundem semper hactenus in Forsthull' ij acras & dimidiam bladi et de qualibet virgata terre eiusdem ville j trauam, in j H., ij acras bladi et de qualibet virgata terre eiusdem ville j trauam, in alia H., j acram bladi, et de qualibet virgata terre eiusdem ville j trauam, in Denton' iiij trauas, et

in Chibenhurste xij trauas, in Codesdon' iij acras bladi colligere et habere debent, et ipse et predecessores sui ea inde a tempore predicto semper hactenus colligere & habere consueuerunt, per sacramentum Iohannis de Bradele, Roberti de Louches, Hugonis Thurbarn, Iohannis de Gardino, Iohannis ad fontem, Radulphi de Stanford, Roberti atte Penne, Iohannis atte Coluere, Iohannis Culuerd, Thome le Frannkeleyne de Couele, Thome Martyn de Stanford et Thome fabri, qui dicunt super sacramentum suum quod predictus Pr. colligere et habere debet eadem blada et trauas de dictis terris et tenementis in villis predictis, et ipse et predecessores sui ea inde per cartas progenitorum domini Regis nunc, quondam Regum Anglie, et [confirmacionem][1] domini Regis nunc a tempore confeccionis [earundem][2] semper hactenus colligere et habere consueuerunt. In cuius rei testimonium huic inquisicioni predicti iurati sigilla apposuerunt. Dat. apud Oxon' die & a° supradictis.

COWLEY[3].

A. p. 195.

Notandum de j hida & dimidia terre in C., vnde j hidam habuimus ex donacione H. Regis j, vt patet supra in fundacione dicti loci in cartis dicti H.[4] *& infra inter confirmaciones Regum et Pontificum. Similiter I. quondam Rex concessit j dimidiam hidam terre Eccl. S. F., vt supra in fundacione in cartis ipsius I. patet*[5]*, & confirmantur per H. iij, E. j, E. ij, E. iij & R. ij & Romanos Pontifices.*

943.

A. p. 196.

[Memorandum of the demise of half a hide of land by the Prior and Convent of St. Frideswide to Siredus of Cowley for life.]

[c. 1170–80[6].] *Memorandum de dimidia hida terre ibidem dimissa, set dimissio non reperitur, [quam]*[7] *Siredus de Couele versus R. Pr. recuperauit ex voluntate dicti Pr., ad tenendum ad terminum vite, ita quod post mortem eidem Eccl. reuerteretur.*

[1] confirmacionis MS. [2] eorundem ib. [3] Cowley, Oxon, usually written in the text Couele, 2½ m. S. E. of Oxford. [4] No. 5. [5] No. 40. [6] No clue has been found to the date of this charter further than that, judging by the names of the witnesses, it would appear to belong to an early period, in which case the R. Pr. would be Robert, second Prior. [7] que MS.

In hac carta manifestatur quod Suredus de Coueleya recuperauit terram dimidie hide de Coueleya erga R. Pr. S. F. Oxon', concessu et bona voluntate ipsius & tocius Con., ad tenendum ita iuste et quiete sicut tempore antecessoris sui, et eodem seruicio, i.e. *vs.* et decima, Ita vt tempore [suo] teneat et post decessum eiusdem Siredi terra eidem Eccl. remaneat sine calumpnia, et simili modo terra quam tenet de feodo Comitis Leycestr' in burgo. Testibus, Odbrithero Presbitero, Roberto de Sanford, et Henrico de S. Petro, et Godrich Grant, & Towy Monacho, et Semanno, & Swetmanno Capellano, &c. Et ipse Siredus, siue in vita siue in morte, cum possessione sua et nominatim cum C., ouibus et bobus ad j aratrum, cum predicta terra, &c.

944 [1].

A. p. 196.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Robert Butte and Goceline his wife. Demise of a tenement for their lives.]

*Dimissio cuiusdam tenementi ibidem ad terminum vite pro redditu j*d., *de quo quidem tenemento diligenter inquirendum, quia creditur quod Iohannes Woderoue nunc dictum tenementum occupat sine waranto, et nichil soluit nisi tantum sectam Hundredi dicti Pr. de Bruggesette, cum alijs tenentibus eiusdem, bis in anno. Et Eccl. S. F. semper habere consueuit de tenentibus suis ibidem omnia que Visui Franciplegij solent pertinere.*

Hec est conuencio facta inter Pr. et Con. S. F. Oxon', ex vna parte, et Robertum Butte de Rones, Teytur', ex altera, Ita scilt. quod dicti religiosi dimiserunt et ad firmam tradiderunt predicto R. quoddam tenementum in Templecoueleya [2] cum pert., quod quidem tenementum Gerardus frater eius aliquando tenuit, Habendum . . . [&c.] eidem R. et Goceline vxori sue ad terminum vite eorundem tantum . . . [&c.], Reddendo inde annuatim, quamdiu vixerint ipse R. et G. vxor eius, dictis religiosis et eorum successoribus j*d.* sterlingorum ad festum S. Michaelis, pro omnibus seruicijs . . . [&c.], saluo forinseco seruicio, quantum pertinet ad tantum tenementum. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt predicti R. et G. vxor eius predictis religiosis dimidiam marcam argenti pre manibus, Ita quod post decessum eorundem ab hoc seculo mox predictum tenementum, cum suis pert., dictis religiosis, cum omni melioracione, sine contradiccione aliqua et diminucione,

[1] This and the following Charter probably belong to the end of the thirteenth century. [2] Temple Cowley adjoins Cowley on the N.

reuertatur. Ad hanc conuencionem fideliter obseruandam presentibus scriptis cirografatis partes predicte sigilla sua apposuerunt.

945.

A. p. 196, b.

[Robert de Boney to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in the same.]

Carta quiete clamancie de tenemento supradicto, &c.

Sc. pres. et fut. quod Ego Robertus de Boney[1], frater Gerardi le Teynterer, relaxaui et penitus, pro me et heredibus meis imperpetuum, [quietum] clamaui Pr. et Con. S. F. Oxon' totum ius et clamium quod habui, vel aliquo modo habere potui, in quodam tenemento quondam G. fratris mei in Templecoueleya per successionem mortis eiusdem, Habendum . . . [&c.] imperpetuum, libere . . . [&c.], sine aliquo retinemento mei vel heredum meorum, Ita quod ego nec aliquis heredum meorum vel assignatorum, nec aliquis pro me vel nomine meo, nunquam imposterum aliquid iuris vel clamij in dicto tenemento petere vel exigere possumus nec debemus. In cuius rei testimonium, &c.

946.

A. p. 196, b.

[Richard Wythe and Joan his wife to the same. Undertaking to pay a certain rent of 2*s.* per annum regularly in future, the Prior and Convent remitting arrears.]

1370. [May 3.] *Recognicio cuiusdam annui redditus ij*s. *et secte ad Hundredum de Bruggesete.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Nos Ricardus Wythe de Merston' et Iohanna vxor mea Salutem in domino sempiternam. Vestra nouerit vniuersitas quod cum viri religiosi Pr. Mon. S. F. Oxon' et eiusdem loci Con. et eorum predecessores habere et percipere consueuerint ij*s*. cuiusdam annui redditus, vt ius eorum, de quodam tenemento in villa de Templecouele vocato Kekesplace exeuntis, ad ij anni terminos, viz. ad festum S. Michaelis Archangeli & Annunciacionem B. Marie equis porcionibus, cum sectis & seruicijs ad curiam dicti Pr. et Con. de Brugesete ad dictum tenementum ab antiquo de iure pertinentibus, quod quidem tenementum predictum situatum est [inter tenementum] quondam Ricardi Bray, quod Iohannes Lauender modo tenet, ex parte boriali, et tenementum Magistri Hospitalis S. Iohannis Ierusalem

[1] Evidently the same person as Robert Butte de Rones, No. 944.

in Anglia de Sanford, quod Ricardus Piron tenet, ex parte australi, et quod quidem tenementum Iohannes Lauender de Couele per dictos ij*s*. annui redditus et per sectam & seruicia predicta nuper tenuit, ac eciam prehabitis quibusdam presumpcionibus [quod] arreragia non modica de eodem tenemento fuissent accumulata, Volentes igitur in hac parte incolumitatem animarum nostrarum considerare et S. Matrem Eccl. indempnem conseruare, dedimus . . . [&c.], ius eorum recognoscentes, prefatis Pr. & Con. & successoribus suis quod eisdem de cetero de redditu, secta & seruicijs predictis erimus intendentes cum dileccione vicinali & filiali imperpetuum, Ad quem quidem redditum annuum ij*s*., sectas & seruicia eisdem Pr. & Con. et successoribus suis habenda & percipienda de predicto tenemento imperpetuum ad terminos predictos, vt premittitur, obligamus nos et heredes nostros et totum predictum tenementum, cum suis pert., districcioni predictorum Pr. et Con. & successorum suorum qui. pro tempore fuerint, ad quorumcunque manus imposterum dictum tenementum peruenerit, quociens dictus redditus ij*s*., secte & seruicia a retro fuerint non soluta. Pro quibus quidem sic peractis et imperpetuum, vt predictum est, fideliter peragendis prefati Pr. et Con. omnia arreragia de dicto tenemento a principio mundi vsque ad diem confeccionis presencium a retro existencia et eciam in cursu sentencie, pro se & successoribus suis, nobis remiserunt et relaxauerunt sub modo et forma premissis. In cuius rei testimonium nos predicti R. et I. parti istius Indenture penes predictos Pr. et Con. remanenti sigilla nostra apposuimus, predicti que Pr. et Con. parti relique penes nos & heredes nostros remanenti sigillum commune Capituli sui bipartitum apposuerunt. Dat. Oxon' die Veneris in festo Inuencionis S. crucis, A.D. M°CCC°LXX°, et A° regni Regis E. iij post conquestum Anglie xliiij°.

947.

A. p. 197.

[Caution to the Prior and Convent of St. Frideswide not to let or sell certain tithes to the Canons of Oseney.]

De decimis terrarum ibidem vltra Hospitalem S. Bartholomei, ex parte orientali, et de decimis j dimidie hide terre ibidem, quam Andreas de C. quondam de Eccl. S. F. tenuit, reperietur in quadam composicione[1] *inter nos et Osen' facta de diuersis rebus supra inter cartas de Hedindon', que incipit :—*

NOUERIT vniuersitas fidelium quod cum inter R. Abbatem et Con. Oseneye et S. Pr. et Con. S. F., &c.

[1] No. 722.

Caueant semper dicti Pr. et Con. ne dimittant aliquo modo Canonicis [Osen'][1] dictas decimas ad firmam nec vendant, [quia][1] faciliter dicte Eccl. [nostre][1] magnum preiudicium poterit in hac parte generari.

[pp. 198, 198, b. blank in A.]

CUTSLOW[2].

948.

A. p. 199.

[Extract from Domesday.]

Istud Manerium de C. est de prima fundacione Eccl. S. F., vt patet in libro domini Willelmi, quondam Regis Anglie, vocato Domesday, cuius tenor sequitur in hec verba, faciens mensionem de Wynchendon' & Bunseye.

Can. S. F. tenent iiij hidas de Rege iuxta Oxenford[3]. Ipsi tenuerunt tempore Regis E. Terra v carucate. Ibi xviij villani habent v carucas et [cv][4] acras prati & viij acras spineti. Valuit & valet xl*s*. Hec terra nunquam geldauit, nec alicui Hundredo pertinet neque pertinuit.

De Cudeslowe sequitur.

Siuuardus tenet de ipsis Can. ij hidas in C[5]. Terra ij carucate, que modo ibi sunt. Valuit et valet xl*s*. De Eccl. fuit & est.

Item de Wynchendon'.

Can. de Oxeneford tenent de Rege Wynchendon'[6], in Comitatu Buk', in Hundredo de Essendon'[7]. Pro x hidis se[8] defendit. Terra est ix carucate. In dominico vna hida & dimidia. Ibi sunt xviij villani, cum ij bordarijs, habent vij carucas. Ibi j seruus. Pratum ij carucate. In totis valencijs valet et valuit vj*li*., tempore Regis E. viij*li*. Hoc Manerium iacuit et iacet in dominio Eccl. Can. de Oxon'.

[1] Word erased in MS. [2] Cutslow, usually written in the text Cudeslowe, a Manor 3 m. N. of Oxford. [3] Oxeneford, Domesday. [4] sv MS. [5] Codeslam, Domesday. [6] Witchende ib. [7] Essenden ib. [8] c MS.

949.

A. p. 202.

[Extract from Domesday.]

In libro domini Willelmi quondam Regis Anglie vocato Domesday, sub titulo terre Can. de Oxenford, continetur sic faciens mensionem de Codlesham in hec verba :—

SIUUARDUS tenet de ipsis Can. iij hidas in Codlesham. Terra ij[1] carucate, que modo sunt ibi. Valuit & valet xls. De Eccl. fuit et est. Hec terra non geldauit nec vllum debet redditum.

Limites Manerij de Codlesham patent in carta Ethelredi Regis, qui dictam Eccl., vna cum Manerio predicto, renouauit, vt patet in carta eiusdem Ethelredi Regis in Anglicum in hec verba :—

Thare are yre hyde lundes mere in to Codeslawe, rest of Portestrete in to tryllewell', fro the welle into wet syke, fro the syke into Byschopys mere, fro the mere in to Wyneleslake in the slade, fro ye slade into Wyneleshulle, fro ye hulle into ye hyne.

950.

A. p. 199.

[Repetition of the boundaries of the Manor of Cutslow, from No. 2.]

Bundi et limites Manerij de Cudeslowe predicti patent in carta Ethelred, qui dictam Eccl. renouauit in hec verba.

CUDESLOWE. Thare are yre hyde lundes mere into Codeslawe, rest of Portestrete into tryllewell, fro the welle into wetsyke, fro the syke into Byschopys mere, fro ye mere into Wyneleslake in the slade, fro ye slade into Wyneleshulle, fro ye hulle into ye hyne.

951.

A. p. 199.

Confirmed E ii, No. 73. Repeated No. 1007.

[Robert d'Oilli to the Church of the Holy Trinity and St. Frideswide. Gift of a mill and other property.]

Et dictum Manerium est eiusdem libertatis sicut Manerium de Wynchendon', et famuli ibidem sunt parochiaui Eccl. S. Edwardi in

[1] iij MS. see preceding Charter, which is correct.

Oxon', et idem Manerium confirmatur per cartas plurium Regum et Pontificum [1], *vt patet infra inter confirmaciones et supra in fundacione.*

[c. 1130–40.] *Sequitur carta de Hulcusmulle ibidem.*

Ego Robertus de Oilli [2], pro salute . . . [&c.], dedi . . . [&c.] Eccl. S. Trinitatis et S. F. Oxeneford, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, molendinum de Eton' [3], cum omnibus pert. suis, et ij piscinas, et acquas que eisdem piscinis pertinent, et ij acras, et ij pratella, et croftam, et Capellam de Escota [4], et totam decimam dominij eiusdem ville, et dimidiam hidam terre, cum pert. suis, in eadem villa, et dimidiam hidam in Thomeleya [5], et quicquid pertinet eisdem dimidijs hidis in pratis & pasturis & in siluis. Hanc autem donacionem, ita liberam ab omni seruicio . . . [&c.], concedo & confirmo, quod in hac donacione preter oraciones nichil retineo [6]. Teste, Roberto f. Regis et alijs [7]. Et ego [Editha] [8], vxor Roberti, hanc donacionem confirmo. Ego vero Henricus, eorum f., idem facio. Ego autem Gilbertus idem concedo.

952.

A. p. 199, b.

Confirmed E ii, No. 73. Repeated No. 1008.

[Henry d'Oilli to the Church and Canons of St. Frideswide. Confirmation of his father's gift.]

[c. 1130–40.] *Carta confirmacionis Henrici f. eiusdem Roberti &c.*

Not. sit pres. & fut. quod Ego Henricus de Oilleo [9] concedo . . . [&c.], pro me & heredibus meis, Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] quicquid Robertus pater meus dedit et concessit eidem Eccl., scilt. molendinum de Eaton' [10]. . . [&c. as in the preceding Charter to the word 'siluis']. Quare volo vt predicti Can. et eorum successores habeant & teneant has predictas possessiones de me & heredibus meis bene & in pace et quiete, in liberam, puram et perpetuam elemosinam [11]. Hijs subscriptis testibus [12], Radulpho f. Rogeri & alijs.

[1] Nos. 5, 8, 15, &c. [2] Oilleio, No. 73. Oilleo, No. 1007. [3] Etona, No. 73. [4] Escote, No. 73. [5] Thumeleye, No. 73. Thomeleia, No. 1007. [6] No. 73 ends here. [7] No. 1007 ends here. [8] edidi MS. [9] Oillio. [10] Eton', *amb.* [11] No. 73 ends here. [12] Witness *om.* No. 1008.

953.

A. p. 200, b.

[The Abbot and Convent of Oseney to the Prior and Convent of St. Frideswide. Remission of 2*s*. tithe and agreement to pay 6*s*. 8*d*. per annum in return for remission of a certain suit due from their men.]

*Carta Can. Osen' de remissione ij*s., *quos recipere solebant de Eccl. S. F. pro quibusdam decimis apud Elsefeld, et de vj*s. *viij*d. *recipiendis de Can. Osen', pro relaxacione moliture rusticorum de Watereaton' & secte ad molendinum predictum.* [c. 1220.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Clemens, diuina miseracione Ab. Osen', et eiusdem loci Con. Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra quod nos, pro quieta clamacione et omnimoda remissione quam nobis fecerunt Simon Pr. S. F. et eiusdem loci Con., de secta hominum nostrorum in Eaton' et Cudeslowe, presencium & futurorum, quam sectam consueuerant facere ab antiquo, siue ex gracia siue ex debito, molendino eorundem Pr. et Con., quod molendinum vocatur Hulc, remisimus eis ij*s*. quos ijdem nobis soluerunt annuatim pro quibusdam decimis de Elsefeld ab antiquo. Persoluemus eciam eisdem annuatim dimidiam marcam argenti in festo S. Michaelis. Ipsi vero nunquam, optentu antique consuetudinis, de molitura antedictorum hominum nostrorum, nec de dominico nostro in predicta villa de Eaton', aliquid vendicabunt, et quicquid habuerunt iuris in predicta molitura remiserunt nobis imperpetuum. Si vero aliquando contigerit familiam proprie curie nostre, siue homines nostros, causa molendi ad predictum molendinum accedere, nullius secte debitum huiusmodi occasione exigent aut vendicabunt a predictis familia nostra aut hominibus nostris. Hec autem ex vtraque parte tam fideliter quam efficaciter obseruanda firmiter et sine dolo vel cauillacione aliqua promisimus. Et vt hec . . . [sealing clause].

954.

O. C. No. 443[1].

[The Prior and Convent of St. Frideswide to the Abbot and Convent of Oseney. Quit claim of the suit of their tenants in Eton and Cutslow.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Simon, dictus Pr. S. Frideswith, & eiusdem loci Con. Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas uestra nos quietam [c. 1220.]

[1] Endorsed. Karta Pr. & Con. S. Frideswith de secta de Eaton & Cudeslawe ad molendinum Hulc. in ij sinistre.

clamasse & omnino remisisse domino Ab. & Con. Oseneie sectam hominum suorum in Eaton' & Cudeslowe, presentium & futurorum, quam sectam consueuerant facere ab antiquo molendino nostro quod uocatur molendinum Hulc, siue ex gratia siue ex debito, nec umquam obtentum antique consuetudinis aliquid in eorum molitura uendicabimus, nec de dominico predictorum domini Ab. & Con., et quicquid juris habuimus in predicta molitura ipsorum uel predictorum hominum suorum remisimus imperpetuum sine reclamatione. Si autem aliquando placuerit predictis domino Ab. & Con. Osen' familiam proprie curie sue de Eaton', siue homines suos, causa molendi ad molendinum nostrum accedere, nullius secte debitum huiusmodi occasione exigemus siue uendicabimus a predictis familia siue hominibus. Pro hac autem renuntiatione & quieta clamatione remiserunt nobis predicti dominus Ab. & Con. Osen' ij*s*., quos eisdem soluimus annuatim pro quibusdam decimis de E. ab antiquo. Persoluent etiam nobis predicti dominus Ab. & Con. Osen' dimidiam marcam argenti in festo S. Michaelis. Hec autem ex utraque parte tam fideliter quam efficaciter obseruanda firmiter promisimus sine dolo uel cauillatione aliqua. Et ut hec conuentio inter nos inita rata permaneat & inconcussa, presentis scripti munimine & sigilli nostri appositione corroborauimus. His testibus, Viuiano f. Radulfi tunc temporis Vicecomite Oxon', Radulfo Hareng, Radulfo f. Gaufridi, Willelmo de Herouill', Mattheo de Bigstrop', Fulc de Ruicot, Ricardo de Parco, Willelmo de Lvnekenor, magistro Johanne de Ramesbre, Henrico f. Simeonis, Philippo f. Roberti de Oxon', Roberto Oein, Galfrido aurifabro, Roberto le Bel & multis aliis.

955.

A. p. 199, b.

[William Hulk and the Prior of St. Frideswide. Final concord respecting the aforesaid mill.]

[122$\frac{6}{7}$, Mar. 7.] *Finalis concordia de molendino Hulc supradicto.*

Hec est finalis concordia facta in Curia domini Regis apud Oxon' die Dominica proxima ante festum S. Gregorij, A° regni Regis H. f. Regis I. xj°, coram Stephano de Segraue, Willelmo f. Warini, Waltero de Bello campo, Radulpho Musard, Waltero de poore[1], Iusticiarijs itinerantibus, et alijs domini Regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Willelmum Hulk' petentem, et Simonem Pr. de S. F. tenentem, per Willelmum de Kinthun, positum loco ipsius Pr., ad lucrandum vel perdendum, de j molendino cum pert. in Water Eton',

[1] Walter le Poer. Foss' *Judges of England*, p. 520.

vnde assisa mortis antecessoris submonita fuit inter eos in prefata Curia, scilt. quod predictus W. recognouit predictum molendinum cum pert. esse ius ipsius Pr. et Eccl. sue de S. F. et remisit et quietum clamauit, de se & heredibus suis, eidem Pr. et successoribus suis, Pr. S. F., totum ius & clamium quod habuit in predicto molendino cum pert. imperpetuum. Et pro hac . . . [&c.] predictus Pr. dedit predicto W. dimidiam marcam argenti.

956.

A. p. 200.

[The Abbot and Convent of Oseney and the Prior and Convent of St. Frideswide. Agreement respecting tithes of the same.]

Composicio inter nos et Can. Osen' de ijs. eisdem annuatim soluendis pro decimis molendini predicti, quam diu fuerit in manibus nostris & non aliter. [122⅞, Jan. 18.]

Not. sit omn. quod cum inter dominum Ricardum Ab. et Con. Osen', ex vna parte, et dominum Simonem Pr. et Con. S. F., ex altera, verteretur controuersia super decimis molendinorum eorundem Can. S. F., que tenuit Robertus Hulch in villa de Watereaton', et super decimis feni ad eadem molendina pertinentis, et super decimis piscarie ad ipsa molendina spectantis, cum ille articulus super eisdem molendinis et decimis in composicione inita inter predictas partes super decimis feni et alijs remansisset indeterminatus, tandem consenserunt vnanimiter in magistrum Rogerum de Cantel' et magistrum H. de Bosco, vt per eos eadem questio determinaretur. Tandem lis et controuersia coram eis mota in hunc modum amicabiliter conquieuit, viz. quod dicti Can. S. F., nomine decimarum Eccl. de Cudelinton', soluent pro prefatis decimis Can. Osen' ijs. annuatim ad festum S. Michaelis. Si vero contigerit quod dicti Can. S. F. dicta molendina alijs quibuscunque tradiderint, tunc qui receperint illa molendina, dum tenuerint, soluant decimas de predictis prato et piscaria dictis Can. Osen', Can. S. F. interim a prestacione dictorum ijs. liberatis. Si vero eadem molendina cum pert. ad se resumpserint, currat prefata solucio dictorum ijs. vt prius, ita quod nichil amplius, nomine decimarum, ab eis, quamdiu in manibus suis tenuerint, exigi possit. Concesserunt eciam Can. S. F. quod seruientes eorum in predictis molendinis iura parochialia ad Eccl. de Kedelyngton' pertinencia, in cuius parochia sita sunt dicta molendina, faciant, sicut facere consueuerunt et debuerunt. Acta sunt hec apud S. F. coram

prefatis magistris R. & H. die Mercurij proximo ante festum S. Vincencij, A° Incarnacionis Domini M°CC°XXVIJ°. In cuius rei testimonium prefate partes, vna cum sigillis dictorum magistrorum, presenti scripto signa sua apposuerunt.

957.

A. p. 201, b.

[Report of a Court of Enquiry that it will not be to the loss or prejudice of the King to permit an exchange of lands between the Abbot and Convent of Oseney and the Prior and Convent of St. Frideswide.]

[1376.] July 25. *Sequitur copia inquisicionis capte coram Eschaetore domini Regis apud Dadyngton' de terris et pratis supradictis.*

Inquisicio facta ad Dadyngton'[1] in Comitatu Oxon', xxv° die Iulij, A° regni Regis E. iii. l°, coram Nicholao de Somerton', Escaetore domini Regis in Comitatu predicto, virtute breuis domini Regis eidem Escaetori directi et presenti consuti, per sacramentum Willelmi Dauy, Hugonis Ranes, Iohannis Duk, Ricardi Darry, Walteri Rumneye, Roberti Simple, Willelmi Bladen', Henrici [Sampson][2], Thome Deyer, Iohannis Aston', Thome atte Mersshe, et Iohannis Attewell', oneratorum & iuratorum de diuersis articulis in dicto breui contentis, qui dicunt per sacramentum suum quod non est ad dampnum nec preiudicium domini Regis nec aliorum, licet idem dominus rex concedat Ab. & Con. de Osen' quod ipsi xvij acras terre cum pert. in Codeslowe et iij acras prati cum pert. in Thoraldesham iuxta Oxon' dare possint et assignare Pr. & Con. S. F. Oxon', Habendas & tenendas eisdem Pr. et Con. & successoribus suis imperpetuum, in escambium pro xv acris terre cum pert. in Codeslowe et Eaton' eisdem Ab. & Con. per prefatos Pr. & Con. dandis & concedendis, Habendis & tenendis eisdem Ab. et Con. et successoribus suis imperpetuum, in escambium predictum, vt supradictum est, Nec est ad dampnum nec preiudicium eiusdem domini Regis nec aliorum, licet idem dominus Rex concedat eisdem Pr. & Con. quod ipsi xv acras terre cum pert. in C. et Eaton' predictis dare possint et assignare prefatis Ab. et Con., Habendas et tenendas sibi & successoribus suis imperpetuum, in escambium, vt predictum est. Et dicunt quod tam predicta tenementa per predictos Ab. et Con. eisdem Pr. & Con. danda & concedenda, quam predicta tenementa per prefatos Pr. & Con. eisdem Ab. et Con. danda & concedenda tenentur de domino Rege in capite, in liberam puram et

[1] Deddington, Oxon, 5½ m. S. of Banbury. [2] Sampoon MS.

perpetuam elemosinam, sine aliquo medio, vel aliquo alio seruicio inde faciendo, et quod quelibet acra terre de prefatis xvij acris terre per predictos Ab. & Con. [predictis Pr. & Con. concedendis] valet per [ann.] iij*d.*, et quelibet acra prati [de][1] prato predicto valet per ann. xx*d.*, et quelibet acra terre de predictis xv acris terre per predictos Pr. et Con. predictis Ab. et Con. concedendis valet per ann. iiij. Dat. die, A° et loco supradictis.

958.

A. p. 201.

[Royal Licence for the said exchange.]

Carta licencie domini Regis E. iij de escambio certarum terrarum inter Eccl. S. F. et Eccl. Oseneye[2]. [1376.] Oct. 12.

Omn. ad quos, &c. Salutem. Quia accepimus per inquisicionem, quam per dilectum nobis Nicholaum [de] Somerton', Escaetorem nostrum in Comitatu Oxon', fieri fecimus, quod non est ad dampnum vel preiudicium nostrum aut aliorum si concedamus dilectis nobis in Xpo Ab. & Con. de Osen' quod ipsi xvij acras terre cum pert. in Codeslowe et iij acras prati cum pert. in Thoraldesham iuxta Oxon' dare possint et assignare dilectis nobis in Xpo Pr. & Con. S. F. Oxon', in escambium pro xv acris terre cum pert. in C. et Eton' eisdem Ab. et Con. et successoribus suis per prefatos Pr. et Con. dandis et concedendis, Habendas et tenendas predictas xvij acras terre et pratum [prefatis] Pr. & Con. et successoribus suis, et dictas xv acras terre prefatis Ab. & Con. et successoribus suis, in huiusmodi escambium imperpetuum, et quod omnia terre et pratum predicta de nobis in capite, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, tenentur, Nos, pro xx*s.* quos prefati Ab. et Pr. nobis soluerunt, concessimus et licenciam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, prefatis Ab. et Con. quod ipsi dictas xvij acras terre et pratum cum pert. dare possint et assignare predictis Pr. et Con., in escambium pro predictis xv acris terre cum pert., eisdem Ab. et Con. & successoribus suis per prefatos Pr. et Con. dandis, concedendis, habendis et tenendis, viz. dicta xvij acras terre et pratum prefatis Pr. et Con. et successoribus suis, et dictas xv acras terre prefatis Ab. et Con. et successoribus suis, in huiusmodi escambium imperpetuum, sicut predictum est, Et tam eisdem Pr. & Con. quod ipsi dicta xvij acras terre et pratum sibi & successoribus suis a prefatis Ab. et Con., quam prefatis Ab. et Con. quod ipsi dictas xv acras terre sibi & successoribus suis a prefatis Pr. et Con. recipere possint et tenere, in escambium

[1] et MS. [2] See No. 81.

predictum imperpetuum, sicut predictum est, tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, Nolentes quod predicti Ab. et Con., seu successores sui, aut prefati Pr. & Con., seu successores sui, racione statuti predicti, seu eo quod terre et pratum predicta de nobis tenentur in capite, vt predictum est, per nos, vel heredes nostros, seu ministros nostros quoscunque, occasionentur in aliquo seu grauentur, saluis tamen nobis et alijs capitalibus dominis feodi illius seruicijs inde debitis et consuetis. In cuius, &c. Teste, R. apud Westm' xij° die Octobris, A° regni Regis E. iij post conquestum l°.

[p. 202, b. blank in A.]

KIRTLINGTON[1].

959.

A. p. 203.

[Thomas Grove to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of half a virgate of land, a messuage, and other property.]

[c. 1210–20.] *Carta de dimidia virgata terre ibidem, et j messuagio cum ij acris terre cum pert.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Thomas de Graua dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. [S.] F. Oxon' et Can. . . [&c.], in puram et perpetuam elemosinam, dimidiam virgatam terre cum pert. in Kertlington', illam scilt. quam Iohannes f. Clementis tenuit, et preterea j messuagium, cum ij acris terre et alijs pert., in eadem villa, illud scilt. quod Willelmus Clericus tenuit, Habenda . . . [&c.], liberam & quietam ab omni seculari seruicio et exaccione, quantum ad me pertinet, saluo tamen seruicio domini Regis. Hanc vero terram . . . [warranty]. In cuius rei . . . [sealing clause].

[1] Kirtlington, Oxon, usually written in the text Kertlyngton', 9½ m. N. of Oxford.

960.

A. p. 203.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to John Fitz-Clement. Demise of half the above-named half virgate of land, the messuage, &c.]

Carta dimissionis predicte terre per Simonem Pr. [c. 1210–28.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Simon Pr. S. Frideswyde Oxon' et eiusdem loci Con. Salutem eternam in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse . . . [&c.] Iohanni f. Clementis medietatem illius dimidie virgate terre, cum toto messuagio et alijs pert., in Kertlington', quam Thomas de Graua nobis dedit et concessit, Habendam . . . [&c.], in bosco in plano, in pratis et pasturis, et in omnibus locis, Reddendo nobis inde annuatim j libram piperis ad festum S. Michaelis, pro omni seruicio ad nos pertinente, saluo seruicio domini Regis. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

961.

A. p. 203.

[John Fitz-Clement to the Church and Canons of St. Frideswide. Re-conveyance of the same.]

Carta reuersionis terre et messuagij supradicti. [c. 1210–28.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Iohannes f. Clementis dedi . . . [&c.] Deo et Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, medietatem dimidie virgate terre cum pert. in K., quam dimidiam virgatam terre de eis tenui pro j libra piperis per ann. Et predictis Can. concessi vt habeant partem suam de prefata terra in omnibus culturis & locis vtriusque campi de K. versus solem, viz. in Dullenden' j acram et dimidiam, inter fossata dimidiam acram, in Estlangeforlang' j acram, in Butforlang' j acram & dimidiam, ad caput prati de Rugemera dimidiam acram, in Croftforlang' dimidiam acram, iuxta viam qua itur apud Muddelyngton' dimidiam acram, in Wlwell' quartam partem j acre. Iste sunt acre in vno campo. In alio quidem campo versus aquam de Charwell' in Lynecroft j acram & dimidiam, in cultura que extendit in prato de Brissurton' dimidiam acram et quartam partem j acre, de Aedesacr' dimidiam acram, contra Emenhul dimidiam acram, in Northebroka iuxta viam qua itur apud Hayford j acram, ex transuerso vie illius dimidiam acram, in cultura sub la Linche dimidiam acram, et in prato de Brisserton' j acram

prati in ij locis versus solem. Et preterea dedi . . . [&c.] predictis Can. j messuagium in Kerlinton' quod Willelmus Clericus tenuit, cum ij acris terre et alijs pert. suis, de quibus acris vna subiacet in Rugemeresturta et alia in Peryfurlang'. Hanc vero terram prefati Can. habebunt et possidebunt libere . . . [&c.], solutam et quietam ab omni seculari seruicio et exaccione, saluo seruicio domini Regis. Et ego . . . [warranty]. Et pro hac . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. xxij*s*. ad acquietandam aliam medietatem meam predicte dimidie virgate terre in Iudaismo. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

962.

A. p. 203, b.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Robert of St. Alban's. Demise of the same.]

[c. 1220–28.] *Item alia dimissio supradicte terre per predictum S[imonem] Pr.*

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon Pr. S. F. Oxon' et eiusdem loci Con. Salutem eternam in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos concessisse Roberto de S. Albano medietatem virgate terre, sine messuagio, cum pert. suis, in Kertlinton', et preterea j messuagium, cum ij acris terre, in eadem villa, quod Willelmus Clericus tenuit, quam terram Iohannes f. Clementis nobis dedit et concessit, Habendam, . . . [&c.], in bosco in plano, in pratis et pasturis, & in omnibus locis, Reddendo inde nobis annuatim j libram piperis ad festum S. Michaelis pro omni seruicio ad nos pertinente, saluo seruicio domini Regis. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

963.

A. p. 204.

[John Fitz-Clement to the same. Ratification of the same.]

[c. 1220–28.] *Carta confirmacionis Iohannis f. Clementis facta Roberto de S. Albano in hec verba.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Iohannes f. Clementis concessi . . . [&c.] Roberto de S. Albano donacionem et concessionem quam Pr. & Con. S. F. Oxon' ei fecerunt de medietate dimidie virgate terre cum pert., sine messuagio, in Kertlinton', et preterea de j messuagio cum ij acris, [quod][1] Willelmus Clericus tenuit in eadem villa, Habendis . . . [&c.]. Et vt hec . . . [sealing clause].

[1] quam MS.

964.

O. C. No. 78.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to John Fitz-Clement. Demise of a quarter of a virgate of land.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon Pr. S. Frideswid' Oxon' & eiusdem loci Con. Salutem eternam in Domino. Nouerit uniuersitas uestra nos concessisse . . . [&c.] Iohanni f. Clementis medietatem illius dimidie uirgate terre, cum toto messuagio & aliis pert., in Kertlintona, quam Thomas de Graua nobis dedit & concessit[1], Habendam . . . [&c.], in bosco & plano, in pratis & pasturis, & in omnibus aliis locis, Reddendo nobis inde annuatim j libram piperis ad festum S. Michaelis, pro omni seruicio ad nos pertinente, saluo seruicio domini Regis. Vt igitur hec . . . [sealing clause]. His testibus, Thoma de Graua, Saherio Clerico, Iohanne f. Willelmi, Roberto de S. Albano, Ingelrelmo de Kertlinton', Driu de Kertlinton'. [c. 1220–28.]

965.

A. p. 204.

[The same to Agnes, widow of John the mason. Demise of the same.]

*Dimissio Roberti Pr. de eadem terra pro ij*s. *annuatim* [*soluendis*]. [1248–59.]

Sc. pres. et fut. quod Nos Robertus Pr. S. F. Oxon' et eiusdem loci Con., vnanimi assensu et consensu, concessimus . . . [&c.] Agneti, vxori quondam magistri Iohannis cementarij, et heredibus suis totam terram illam, cum pert. suis, quam Iohannes [f.] Clementis de nobis in eadem villa de Kertlinton' tenuit et habuit, Habendam . . . [&c.], Reddendo inde nobis & successoribus nostris annuatim ij*s*. ad festum Annunciacionis B. Marie, pro omni seruicio, exaccione et demanda ad nos pertinentibus, saluo [seruicio][2] domini Regis, quantum pertinet ad tantam terram de eodem feodo in eadem villa. Pro hac autem . . . [&c.] dedit nobis dicta A. xx*s*. argenti pre manibus. Et vt hec . . . [sealing clause].

[1] No. 959. [2] saluicio MS.

966[1].

A. p. 204, b.

[Richard de la Hay to Benedict the Clerk. Conveyance of certain lands and a messuage.]

Alia carta.

ROBERTUS, D. G. Linc' Episcopus, omn. S. Matr. Eccl. fil. Salutem. Quoniam ad nostrum[1] spectat officium ea que in nostra presencia canonice terminantur nostra auctoritate corroborare[2], vestre innotescimus vniuersitati litem que vertebatur inter Eccl. de Oseneya[3] & Eccl. de S. F.[4] de decimis de Escote[5], illis viz. que sunt de feudo Henrici de Oilli[6], et de dominio Rogeri de Oilli[6], de ij garbis hac conuencione in nostra decisam esse[7] presencia, viz. quod Eccl. de O. litem quam aduersus Eccl. de S. F.[4] super iam dictis decimis instituerat ei imperpetuum remittit, Ita tamen quod nomine huius transaccionis Eccl. de S. F.[4] Ecclesie de O. ij*s.* et dimidium annuatim persoluet, scilt. . . [half at Michaelmas and half on Palm Sunday]. Hanc ergo conuencionem perpetua firmitate constare volentes, nostra auctoritate confirmamus & sigilli nostri attestacione communimus. Testibus, B.[8] [Exoniensi][9] Episcopo et alijs.

1013.

Os. f. 168.

[The Abbot and Canons of Oseney and the Prior and Canons of St. Frideswide. Agreement by the latter to pay up arrears of 10*s.* of the above annual payment in two instalments.]

Composicio inter nos & Domum S. Frideswid de decimis in Estkote. [c. 1170–80.]

HUGO[10], Lond' Eccl. Decanus, vniuersis S. Matr. Eccl. fil. Salutem. Cum lis super quibusdam decimis de Estkote diu agitata esset inter Abbatem & Can. de Osen' et Pr. & Can. S. Frideswid, tandem, amicabili composicione interueniente, in hunc modum quieuit, quod prefati Can. S. F., retenta possessione decimarum, nomine earum Abbati & Can. Osen' annuos xxx*d.* ad ij terminos soluerent, ad Pascha & ad festum S. Michaelis. Cum vero Can. S. F. aliquando statutis terminis soluissent, postmodum penitus in solucione cessantes, super illa composicione non obseruata, Can. de Osen' iterato litem mouere ceperunt Canonicis de S. F. auctoritate apostolica, quorum vtrique, cum ad perfinitum diem litigaturi venissent, in hunc modum composuerunt inter se, quod cum Can. S. F. composicionem intercessisse diffiteri non possent, velut firmatam auctoritate Lincolniens' Episcopi, promiserunt se solucionem parituros de cetero secundum quod in cirograffo composicionis expressum est, ita quod nomine

[1] vestrum A. [2] corroboraui ib. [3] Osen'. [4] Frideswid. [5] Estkote. [6] Olleyo. [7] decisa A. [8] Bartholomew, 1162–84. [9] Oxoniensi ib. Witness *om.* Os. [10] Hugh de Marinis or Marney, thought to have been Dean c. 1160–81. Le Neve's *Fasti*, ii. 307.

retroacti temporis, in quo a solucione cessatum est, x*s*. Abbati & Can. de Osen' darent, v ad proximum festum Natiuitatis S. Iohannis Baptiste & alios v ad proximum festum S. Michaelis post initam composicionem secundam. Vt autem hec . . . [sealing clause].

1014.

A. p. 220.

[The Abbot and Convent of Oseney and the Prior and Convent of St. Frideswide. Exchange of the above-named tithe for certain rents.]

[c. 1170–80.] *Transaccio & composicio inter nos & Can. de Oseneye de supradictis ij*s. *vj*d. *per escambium remissis, vt patet inferius, et de vj*d. *plus de eisdem leuandis de quodam tenemento in villa Oxon'.*

Edwardus[1] Ab. Osen' et totus eiusdem loci Con. omn. S. Eccl. fidelibus Salutem. Nouerit discrecio vestra quod nos, assensu Pr. S. F. & tocius eiusdem loci Con., tenemus quoddam pratum quod est iuxta curiam nostram de Osneya, vltra aquam de Willelmo de Heruilla & Iohana vxore sua et heredibus eorum, quod idem W. & I. tenent de Eccl. S. F. pro iij*s*. annuatim reddendis Eccl. S. F. in die S. Iohannis Baptiste, et quia nos debemus pro W. et heredibus suis predictos iij*s*. reddere, remittimus Can. S. F. imperpetuum, pro hijs iij*s*., xxx*d*. quos nobis debebant annuatim predicti Can. S. F. reddere pro quibusdam decimis de Escote, super quibus transactum fuit inter nostram Eccl. et suam coram iudicibus de legatis, et vj*d*. residuos assignauimus eis quos reddet eisdem Can. Thomas f. Ailrici et heredes ipsius de quadam terra quam tenet de nobis infra burgum Oxon', reddendo inde nobis annuatim ij*s*., ita quod ijdem Can. S. F. nichil amplius quam vj*d*. ab eodem [T.] & heredibus suis exigere valebunt.

1015.

A. p. 220, b.

[Robert Middleton to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of an acre of land.]

Carta Roberti Meddelton' de j acra terre nobis concessa.

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ego Robertus de Medilton' eternam in Domino Salutem. Nouerit vniuersitas vestra me, diuine pietatis intuitu, et pro salute . . . [&c.], concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F.

[1] Edward, Abbot of Oseney, 1168–84, D. M. vi. 247.

Oxon' et Can. . . [&c.] j acram terre in campo de Escote que vocatur Shiterisho, et extendit se in longum iuxta boscum ab oriente in occidentem, Habendam . . . [&c.], in puram et perpetuam elemosinam, libere . . . [&c.], absque omni seruicio . . . [&c.]. Et hanc . . . [warranty]. Vt igitur rata . . . [sealing clause].

1016.

A. p. 220, b.

[John Garden to the same. Confirmation of a gift of an acre of land by his father, Robert Garden.]

Carta Iohannis de Gardino de j acra terre ibidem.

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Iohannes de Gardino Salutem. Nouerit vniuersitas vestra me, diuine pietatis intuitu, et pro salute . . . [&c.], concessisse et confirmasse Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] donacionem illam quam Robertus de Gardino pater meus illis contulit, in puram et perpetuam elemosinam, de j acra terre in villa de Escot', Habendam . . . [&c.], sicut [carta] patris mei eisdem testatur, imperpetuum. Et in huius rei . . . [sealing clause].

1017.

A. p. 220, b.

Recited in No. 1018.

[The Prior and Convent of St. Frideswide and Robert, Parson of Shipton. Agreement respecting certain tithes at Ascot.]

Quedam concordia facta inter Simonem Pr. et personam Eccl. de Shipton' de decimis apud E. [1210.]

Hec est finalis[1] concordia inter dominum S. Pr. & Con. S. F. & Robertum, Sar' Eccl. Can., Personam de Shipton'[2], A° iij° generalis interdicti Anglie, concessa solemniter & vtriusque partis fide firmata, viz. quod dictus[3] Pr. et Con. habebunt omnimodas decimas de curia Rogeri de Oili[4] in Escot', et de xxx acris quas cotarij & ministri habere solent, et de xij mansis et croftis cotariorum, et de iiij virgatis terre & dimidia omnes decimas garbarum, agnorum, lane et porcellorum. Predictas vero virgatas tenent scilt. Ricardus Harper dimidiam hidam, Rogerus Bastar'[5] j virgatam, Alexander de Thurn'[6] j virgatam

[1] finalis *om.* [2] Shipton-under-Wychwood, Oxon., 2 m. W.S.W. of Ascot. [3] dicti. [4] Oilli. [5] Bastard. [6] Thornum.

et dimidiam. Ceteras autem decimas et alia iura parochialia Eccl. de Shipton'[1] & forinseca Capella Escot' possidebit et Capelle Rogeri de Oilli ministerio deseruiet, prouentus & omnes obuenciones percipiens. Pr. autem & Can. antedicti immunes erunt a prestacione decimarum de dimidia hida sua terre & omnibus mobilibus suis. Remisit autem prelibatus dominus Pr. & Con. Capelle de Escot' exaccionem decimarum et prouentuum v virgatarum & dimidie, quas tenuerunt, viz. Willelmus Prepositus et Eilwy[2] j virgatam, Rogerus f. Mil' et Adam Freke[3] j virgatam, Ricardus de[4] Beibury et Edwyn' j virgatam, Gaufrei' f. Engleis[5] et Rogerus f. Persone j virgatam, Simon f. Soci[6] j virgatam minus iiij acris, Rogerus Kytte[7] dimidiam virgatam, Thomas de Oilli[8] ij acras. Remisit sepedictus Pr. & Can. pro predicto Capelle Rogeri ministerio per ydoneum Capellanum quod si dominus fundi vel aliquis successorum suorum de dominico de Escot'[9] aliquid alicui dimiserit, aut eciam de forinseco aliquid in dominicum assumpserit, nichilominus status tam Pr. & Can. quam Persone de Sipton' inconcusse durabit quantum ad decimas percipiendas.

1018.

A. p. 222.

[Before papal commissioners. The Prior and Canons of St. Frideswide v. the Parson of Shipton and others, respecting tithes. Settlement as by agreement No. 1017.]

[c. 1211.] *Transaccio quedam inter nos & Rectorem de Sipton', quod idem haberet prouentus & obuenciones dicte Capelle sub certa forma, & deseruiret dicte Capelle, &c.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] S.[10] & E.[11], de Tama & de Dorkcestr' [Abbates][12], & M. Pr. de Nuteleya Salutem in Domino. Mandatum domini Pape suscepimus in hec verba:—

[1210, May 25.] Innocencius Episcopus . . . [&c.] dilectis fil. de Tama et de Dorkcestre [Abbatibus] & Pr. de Nuteleya, Lincoln' diocesis, Salutem . . . [&c.]. Conquerentibus dilectis fil. Pr. ac Can. S. F. nostris est auribus intimatum quod Persona de Sipton' & quidam alij, Lincoln' diocesis, eis super decimis & rebus alijs iniuriosi existunt, contra preuilegia Romanorum Pontificum indulta eisdem temere venientes. Ideo que discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, vocatis qui fuerint euocandi & auditis hinc inde propositis, quod Canonicum

[1] Sipton'. [2] Oilwy. [3] Frek'. [4] de *om.* [5] Galfrid, f. Ingleis. [6] Goci. [7] Kutte. [8] Thomas Boilli. [9] Estcot'. [10] Simon, c. 1205–25, D. M. v. 403. [11] Eustace, c. 1207–16, ib. vi. 323. [12] Abbatos MS.

fuerit, appellacione postposita, decernatis, facientes quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellacione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, ij vestrum ea nichillominus exequantur. Dat. Lateran' viij Kal. Iunij, Pontificatus nostri A° xiij°.

Huius igitur auctoritate mandati, partibus tandem in presencia nostra constitutis, ab eisdem coram amicis eorum amicabilem composicionem sub hac forma initam nobis exhibuerunt[1]:—

[Here is recited No. 1017.]

Nos autem siquidem, eandem amicabilem composicionem iuri consentaneam inspicientes, eam auctoritate domini Pape dignum duximus corroborare, et ad eiusdem tuiticionis [confirmacionem][2] presenti scripto sigilla nostra apponere, cum parcium predictarum sigillis.

1019.

A. p. 222, b.

[Certificate, after inquisition by [Walter] Archdeacon of Oxford, that the Chapel and tithes, with half a hide of land, belong to the Church of St. Frideswide.]

Inquisicio facta coram W. Map', Archidiacono Oxonie, de possessione dictarum decimarum, et compertum est quod Eccl. S. F. [eisdem][3] longo tempore [vsa est][4]. [c. 1212.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] W. Map[5], Oxon' Archidiaconus, Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos, diligenti Capituli inquisicione apud Ennestan[6] facta, cognouisse quod Capella que vocatur de castello de Escot' Rogeri de Oilli, cum decimis de dominico tocius ville de Escot' et dimidia hida terre cum pert., pertinet ad Eccl. S. F. Oxon', Ita quod eas olim Rogerus de Sipton', & postmodum Robertus de Kenicote, et deinde Rogerus f. eius, nomine Eccl. S. F., longo tempore vsi sunt ad firmam tenuisse, sicut ius et possessionem predicte Eccl.

[1] sic MS. [2] confirmacionis ib. [3] eadem ib. [4] vsi sunt ib.
[5] Walter Mape, 1196–c. 1215. Le Neve's *Fasti*, ii. 64. [6] Enstone, Oxon., 4½ m. E.S.E. of Chipping Norton.

1020.

A. p. 223.

[Before papal commissioners. The Prior and Convent of St. Frideswide v. Elias Ridel and others, respecting tithes and other matters. Adjudication by the commissioners.]

1218. *Sequitur alia transaccio de predictis decimis inter partes predictas, prout inferius distinguntur.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] W.[1], D. G. Abbas S. Albani, & R.[2] de Dunstapl' et de Messenden' Priores Salutem. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire nos litteras domini Pape in hec verba suscepisse :—

[1216, Nov. 22.] Honorius Episcopus . . . [&c.] W. Abbati S. Albani & R. de Dunstapl' et de Messenden' Prioribus, Lincoln' diocesis, Salutem . . . [&c.]. Pr. & Con. S. F. nostro Apostolatui sunt conquesti quod Elias Ridel & quidam alij, Lincoln' diocesis, super Capella Rogeri Doili de Escot' ac rebus alijs iniuriantur eisdem. Ideo que discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus conuocatis, audiatis causam, et quod iustum fuerit, appellacione postposita, statuatis, facientes quod statueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint [nominati], si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellacione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, ij vestrum ea nichillominus exequantur. Dat. Rome apud S. Petrum x Kal. Decembris, Pontificatus nostri A° j°.

Huius igitur auctoritate mandati Robertum, Rectorem Eccl. de Sipton', et Eliam Ridel, qui Capellam parochialem de Estcot' tenet, in ius vocauimus. Tandem vero, de consensu parcium, laboribus eorum & expensis parcentes, cause cognicionem viris discretis, magistro I. de Ramesbury, magistro W. Scotto et magistro R. de Garing' commisimus. In quorum R. & E. predicti presencia constituti protestati sunt omnes decimas tam magnas quam minutas de curia R. Doili in Escot' pertinere ad Eccl. S. F., et eciam Cantariam Capelle que sita est in curia R. D. in Escot', cum decimis cuiusdam crofte que vocatur Ordepol', necnon & omnes decimas dimidie hide terre quam tenent predicti Pr. & Con. S. F. in villa de Escot'. Protestati sunt eciam in iudicio predicti R. et E. se, per iuramentum a viris fide dignis in eadem villa prestitum, addidicisse quod x virgate terre in Estcot' quas

[1] William of Trumpington, 1214–35, D. M. ii. 189. [2] Either Richard, Canon of Merton, el. 1202, or Richard de Morins, d. 1242, ib. vi. 238.

tenent isti, Ricardus Harper dimidiam hidam, Rogerus Bastard j virgatam, Alexander de la Turn' j virgatam & dimidiam, Willelmus Prepositus et Ailwy j virgatam, Rogerus f. Milonis et Adam Freke j virgatam, Ricardus Keibury et Edwyn' j virgatam, Gaufridus f. Engeleis & Rogerus f. Persone j virgatam, Simon f. Goci j virgatam minus iiij acris, Rogerus Kitte dimidiam virgatam, Thomas Doilli ij acras, et eciam mansa & crofte omnium cotariorum que sunt vel fuerunt de dominico, et xxx acre quas ministri habere solent, sunt Eccl. predicte S. F., quantum ad decimarum percepcionem, ex quibus omnibus Eccl. S. F. omnes decimas garbarum, agnorum, lane, casei, lini & porcellorum percipere debet. Ceteras autem decimas et alia iura parochialia tocius Manerij de Estcot' Eccl. de Sipton', et forinseca Capella de Estcot' possidebit. Isti autem cotarij sunt de forinseco, quantum ad mansa, scilt. Ernburga, Radulphus Auceps, Ernaldus Capellanus, Rogerus Stad', Gaufridus Tulle, Walterus Willinc. Quod si dominus fundi, vel aliquis successorum suorum de dominico de Escot', aliquid alicui dimiserit, aut eciam de dominico forinseco [aliquid] assumpserit, nichillominus status tam Eccl. S. F. quam Eccl. de Sipton' inconcusse durabit, quantum ad decimas percipiendas. Preterea quicunque Capellanus in Capella forinseca de Escot' ministrauerit iuramentum prestabit quod conseruabit indempnitatem Capelle S. F. E conuerso faciet quicunque Capellanus, siue Canonicus siue secularis, in Capella S. F. diuina celebrauerit. Set Capellanus secularis suo modo et Canonicus suo modo iurabit. Cum igitur omnia premissa prius fuerint expressa et petita in ediccione Pr. & Con. S. F., et dicti R. et E., imminente probacione in iure, eadem puplice sunt confessi sub distinccione superius expressa ad Capellam que sita est in curia R. D. pertinere. Ideo que nos, super hijs habito cum iuris peritis consilio, dictos R. & E. in hijs porcionibus quas confessi sunt ad Capellam dictorum Can. pertinere, auctoritate domini Pape qua fungimur, condempnamus, saluis quibusdam decimis et alijs iuribus parochialibus Capelle de Sipton', que dicti Can., vt supradictum est, reliquerunt eidem, in quibus dictos Can. eadem auctoritate condempnamus, perpetuum eis silencium imponentes, et firmiter iniungimus quod prefata distinccio inter ij prefatas Capellas perpetuo & immobiliter obseruetur. Acta sunt hec A° ab Incarnacione Domini M°CC°XVIIJ°. A° domini Honorij Pape iij. ij°.

1021.

A. p. 224. O. C. No. 82[1].

[Before papal commissioners. The same v. the same. Judgement for plaintiffs.]

[1227, July 10.] *Tercia composicio de decimis feni, piscarie et molendinorum.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] de Dunestapl'[2] & de S. Albano Priores & Archidiaconus S. Albani Salutem in Domino. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire nos litteras domini Pape suscepisse in hec verba:—

[1226, Dec. 17.] Honorius Episcopus . . . [&c.] dilectis fil. de Dunestapl'[3] & S. Albani Prioribus & Archidiacono S. Albani, Linc' diocesis, Salutem . . . [&c.]. Conquesti sunt nobis Pr. & Con. S. Frideswith' Oxon' quod Helyas[4] Ridel, Can. Sar', & quidam alii, Sar' & Linc' diocesium, super decimis, possessionibus & rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideo que discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus conuocatis, audiatis causam &, appellacione remota[5], fine debito terminetis, facientes quod statueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellacione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, ij vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Lat' xvj. Kal. Jan., Pontificatus nostri A° xj°.

Huius ig[itur auc][6]toritate mandati Heliam Ridel, Rectorem Eccl. de Shipton', coram nobis in ius vocauimus, qui in presencia nostra [constitutus][6] confessus est in iure decimas feni, piscariarum & molendinorum de dominico Rogeri de Oilli in Estcot', de quibus tunc coram nobis questio mouebatur, ad Eccl. S. Frideswith pertinere, et eciam decimas feni de x virgatis terre, ex quibus Can. [S.][6] Frideswith percipiunt decimas garbarum, ad eandem Eccl. pertinere. Nos igitur super hiis, habito cum iuris peritis consilio, cum per confessionem dicti H. R. & per alias sufficientes probaciones de iure Canonicorum S. Frideswith super decimis petitis plene nobis constaret, dictas decimas Eccl. [S.][6] Frideswith sentencialiter adiudicauimus, ipsum H. R. super eisdem condempnantes, saluis ij*s*. quos dicti Can. singulis annis ad festum S. Michaelis Eccl. de Shipton' persoluent apud Estcot'. Auctoritate eciam domini Pape qua fungimur statuimus vt ista sentencia

[1] Endorsed. Estcote. Composicio per Rectorem de Shiptone pro decimis de Estcote. In excellent condition, but wanting a few words. Transcript therefrom. [2] Dunstaph'. [3] Dunstapl'. [4] Elias. [5] remota *bis* O. C. [6] supplied from A.

a nobis lata inter dictas partes perpetue & inuiolabiliter obseruetur. Acta A° ab Incarnacione Domini M°CC°XXVIJ°. A° domini Gregorii Pape noni j°, die Sabbati post translacionem B. Thome Martiris, apud Flamsted'[1].

1022.

A. p. 221.

[Before papal commissioners. The Prior and Convent of St. Frideswide v. Roger d'Oilli. Agreement by the latter to grant certain tithes and by the former to find a Chaplain to say mass in the Chapel whenever Roger d'Oilli or his family are present.]

Composicio inter nos & Rogerum de Oily de Cantaria Capelle ibidem [c. 1229.] *& decimis feni, molendini & piscarie de dominico dicti Rogeri.*

VNIU. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] de Dunestapl' et de S. Albano Priores et Archidiaconus de S. Albano Salutem. Mandatum domini Pape suscepimus in hec verba:—

[Here is recited word for word the bull of Gregory IX as in No. 976, except that it is dated a day later and the year is not mentioned.]

Nouerit igitur vniuersitas vestra quod cum auctoritate huius mandati mota esset lis coram nobis inter Pr. & Con. S. F. et dominum Rogerum de Oily, Militem, super decimis feni, molendini et piscarie, & super [Cantaria][2] Capelle site in curia dicti Militis, partibus per Procuratores ad componendum, [dato][3] specialiter die Mercurij proximo post cineres, coram nobis comparentibus, cum ex parte Pr. & Con. S. F. petite essent decime, scilt. feni, molendini & piscarie, de dominico dicti Militis in villa de Escote, Ex parte vero dicti Militis petita fuit restitucio Cantarie Capelle site in curia de Escote, causa sub hoc fine conquieuit, scilt. quod Pr. & Con. concesserunt et se obligarunt domino R. de O. et heredibus suis ad inueniendum et exhibendum, sumptibus suis proprijs in omnibus, Capellanum, siue secularem siue Concanonicum eorum, ad celebrandum diuina in Capella sita [in curia][4] dicti Militis apud Escot', quandocunque dictus Miles vel eius vxor vel successores eorum ibidem presentes fuerint, ita tamen quod in absencia dictarum personarum vel successorum suorum, ad supradictum seruicium exhibendum non teneantur. Dictus vero Miles concessit dictis Pr. & Con. decimas feni, molendini et piscarie & omnes alias de dominico suo de Escote, que de [iure][5] solui debent, integre & sine omni cauillacione persoluendas, ita tamen quod si aliquis predictas decimas ab eo petat, ipsi, scilt. Pr. & Con., eum

[1] Flamstead, Herts, 6 m. S.E. of Dunstable. [2] Cantarie MS. [3] datos ib. [4] *om.* ib [5] iura' ib.

defendent & indempnem conseruabunt. Et in huius rei testimonium sigilla nostra, vna cum sigillis parcium, huic scripto apposuimus.

1023.

A. p. 224, b.

[Names of tenants at Ascot.]

Nomina tenencium de Escote.

Iohannes Wellekemb' tenet j virgatam terre.
Iohannes Attayurne tenet j virgatam terre.
Willelmus Wodehorn tenet dimidiam.
Robertus Colling' tenet dimidiam virgatam terre.
Robertus Cartere tenet dimidiam virgatam terre.
Henricus Colling' tenet dimidiam virgatam terre.
Robertus Wellekemb' tenet dimidiam virgatam terre.
Henricus Wellykemb' tenet j virgatam terre.
Nicholaus Attehall' tenet dimidiam virgatam terre.
Willelmus le Mon tenet dimidiam virgatam terre.
Thomas atte Thour' tenet dimidiam virgatam terre.
Willelmus Colling' tenet dimidiam virgatam terre.
Simon Sissor tenet dimidiam virgatam terre.
Rogerus Comes tenet dimidiam virgatam terre.
Robertus Wygg' tenet dimidiam virgatam terre.
Willelmus Tunford tenet dimidiam virgatam terre.

Willelmus Wytting'
Walterus Wytting'
Iohannes X°gge
Thomas Hauekot
Hugo Caporon'
} Hij v tenent j virgatam terre, cum placeis.

Hugo Garlikon'
Iohannes Iay
Radulphus Goffard
Willelmus Coment'
Agnes Pan
Hugo faber
} Vnusquisque eorum tenet j acram terre, cum cotagijs.

Thomas Hauekot' tenet v acras terre, quas decimat Prioratui.
Walterus Cok' tenet ij acras terre.

Omnes isti prescripti decimant omnes decimas suas Prioratui S. F. Virginis Oxon'.

Dominus ville de Escote decimat omnes fructus Manerij domini de Escote, scilt. curie, campi & prati Prioratui S. F. Virginis sine aliqua diminucione.

SOULDERN [1].

1024.

A. p. 225.

[Before the Archbishop of Canterbury. The Prior and Convent of St. Frideswide v. the Rector of Souldern respecting certain tithes due to the Church of Fritwell. Judgement for plaintiffs.]

Composicio facta inter Pr. Mon. S. F. Virginis Oxon' et Rectorem de S. pro decimis j hide terre soluendis perpetuo Eccl. de Fretwelle predicte. **127½. [Mar. 4.]**

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. Robertus [2], permissione diuina Cant' Archiepiscopus, tocius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus, Salutem graciam & benediccionem. Ad vestrum noticiam et perpetue rei memoriam deducimus per presentes quod, cum nuper orta fuisset materia litis & discordie inter Pr. S. Frideswyde Virginis Oxon' & eiusdem loci Con., ex parte vna, & dominum Robertum de la Haye, Rectorem Eccl. de S., ex altera, super decimis j hide terre, que vocatur hida de S. predicta, decimas, fructus & prouentus dicti Pr. & Con. asseruerunt ad se pertinere et ad Eccl. parochialem de Frettewell' eorundem, prefatus dominus R. de la H., in contrarium asserens, affirmauit fructus, prouentus & decimas dicte hide ad Eccl. de S. pertinere, Tandem quidam vicini, pacem & concordiam inter vicinos suos, tanquam boni Xpiani, affectantes, partes predictas, pro dicta briga siue discordia cedanda inter easdam, ad vnum locum iuxta predictam hidam amicabiliter ac caritatiue ad certum diem venire procurarunt, ac vtraque pars prenominata quam plures ad dictos diem & locum de maioribus, senioribus & sanioribus dictarum parochiarum suarum, pro euidencijs partibus predictis ostendendis et demonstrandis, pro parte sua produxit, qui quidem dictarum parochiarum parochiani ac alij vicini in multitudine copiosa, ad premissa tunc ibidem congregati, quorum quamplures tactis sacrosanctis Euangelijs sponte iurati, ac alij in consciencijs suis onerati, partibus eisdem satis clare ostenderunt et demonstrarunt, ac eciam ijdem iurati dixerunt quod hida terre vocata S. est infra parochiam Eccl. parochialis de F., et non de S. Quibus visis, auditis & intellectis, ac plene discussis, partes pre-

[1] Souldern, Oxon., usually written in the text Sulthorn, 7 m. S.E. by S. of Banbury. [2] Robert Kilwardly, 1273–9, hence there is evidently an error in the date of this document.

dicte, viris prouidis et discretis mediantibus, in viam pacis & concordie prouide consenserunt, dum tamen nostra auctoritas et assensus, vt asserunt, imperciantur adinuicem. Et sic, de vnanimi assensu et consensu parochianorum Eccl. parochialium de F. et de Sulthorne predictis, propter grandia et grauia pericula euitanda que in ea parte verisimiliter poterunt imminere, ac eciam ne partes vexarentur laboribus & expensis, nec non propter alias causas iustas, veras, notorias et legitimas, concordarunt, viz. quod dicti Pr. & Con., Rectores Eccl. parochialis de F. predicte, recipiant & habeant, prout hactenus recipere & habere consueuerunt, imposterum omnes decimas, fructus et prouentus dicte hide terre de Sulthon', que est infra limites Eccl. parochialis de F., pacifice & quiete, sine aliqua calumpnia siue aliqua molestacione prenominati domini R. de la H., Rectoris Eccl. de S. predicte, vel successorum suorum imperpetuum. Et super hoc predictus R. de la H., Rector Eccl. de S., promisit coram nobis firmiter quod nec ipse aut successores sui, vel aliquis nomine ipsius, contrafacient aut contrafaciet, contrauenient aut contraueniet, in premissis, sub nomine pene, viz. xl*d.* Archidiacono Oxonie, aut eius Officiali, soluendorum, tociens quociens in premissis deliquerit vel deliquerint, nisi infra mensem immediate sequentem realiter persoluendo purgauerit moram suam, & sic de mense in mensem, quousque dictam decimam hide de S. dictis Pr. & Con. realiter soluerit, et de dampnis & expensis sepedictis religiosis illatis plenarie fuerit satisfactum. Quam quidem pacis concordiam et composicionis formam partes predicte nobis in Mon. S. Marie de Oseneye presentantes, nobis cum instancia humiliter supplicarunt quatinus formam concordie siue composicionis huiusmodi, causas que eiusdem, & eas contingencia diligenter examinare, et, tractatu super eis iuxta Canonica statuta prehabito, in forma iuris auctoritate pontificali ipsam concordiam siue composicionem predictam approbare, acceptare, roborare & confirmare, eam que perpetuam, firmam et stabilem facere, & pro vigore eiusdem pronunciare curaremus. Nos igitur Robertus, permissione diuina Cant' Archiepiscopus . . . [&c.], attendentes composicionem siue concordiam predictam, volentes litis amputare materiam, pacem et tranquillitatem fouere, dictarum [Eccl.] parochialium magnam vtilitatem procurare, habito super omnibus predictis solempni et diligenti tractatu, seruatis seruandis, vocatis legitime omnibus & singulis in hac parte vocandis, reseruato que processu legitimo, ac concurrentibus et interuenientibus omnibus & singulis in hac parte requisitis, hanc concordiam et composicionem auctoritate ordinaria approbamus, ratificamus et confirmamus in stabilitatem perpetuam earundem, saluis nobis & successoribus nostris et Eccl. nostre Cant' in omnibus iure, consuetudine et

dignitate. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. apud Oseney iiij^to Non. Marcij, A. D. M^oCC^oLXXJ^o.

[p. 226, b. blank in A.]

CHURCHILL[1].

1025.

A. p. 227.

[Henry de Noers, with assent of Juliana his wife, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of the Advowson and certain tithes of Churchill.]

Incipit prima carta de Aduocacione Eccl. de C. et de decimis tocius feni dominij ibidem. **[c. 1170–80.]**

Omn. S. Matr. Eccl. fil. Henricus de Noers Salutem. Sciatis Me, assensu & voluntate Iuliane vxoris mee, concessisse Deo & B. F. de Oxenford & Can. . . [&c.] Eccl. de C., cum omnibus pert. & libertatibus suis, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, pro salute . . . [&c.]. Insuper eidem Eccl. S. F. dedi . . . [&c.], voluntate & assensu eiusdem I. vxoris mee, totam decimam tocius feni de pratis meis de Chirchehull', quam ijdem Can. a me & ab heredibus meis imperpetuum cum omni integritate percipient. Preterea meipsum eidem Eccl. reddidi, et apud ipsam michi sepulture locum eligi. Et ne quod a me gestum est in irritum deuocetur, presenti carta & sigillo meo hoc confirmare curaui.

1026.

A. p. 227.

[The same, with assent also of Jordan his son-in-law, to the same. A similar charter, but retaining service due on a hide of land belonging to the Church.]

Secunda carta de eadem & de j hida terre eidem Eccl. pertinente, saluo seruicio illius hide. **[c. 1170–80.]**

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. tam pres. quam fut. Henricus de Neuers Salutem. Sciatis quod Ego dedi . . . [&c.], assensu & voluntate Iuliane vxoris mee & Iordani generi mei, Deo & S. F. de Oxenford &

[1] Churchill, Oxon., usually written in the text Churchehull', 4 m. S.W. of Chipping Norton.

Can. . . [&c.] Eccl. de C., cum omnibus pert. suis, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, pro salute . . . [&c.], liberam & quietam ab omni seculari exaccione et seruicio, saluo seruicio de j hida terre que ad eandem Eccl. pertinet. Preterea ego H. & I. vxor mea dedimus corpora nostra prefate Eccl., ita quod si vitam nostram in melius mutare voluerimus, in eadem Domo ad agendam vitam Canonicam recipiemur.

1027.

A. p. 227.

[c. 1170–80.] *Tercia carta eiusdem hide predicte Eccl. concesse.*

[A Charter identical in terms with the foregoing, granted by Iuliana f. Henrici de Chaldri et domina de Chirchehull'. . ., assensu et voluntate domini mei Henrici de Neuers.]

1028.

A. p. 227, b.

[c. 1170–80.] *Item alia carta Iuliane domine eiusdem ville.*

[A Charter identical in terms with No. 1027 granted by I. domina de C. . ., assensu & voluntate domini mei Henrici Noers.]

1029.

A. p. 227, b.

[Nicholas de Noers to the Church and Canons of St. Frideswide. Confirmation of the gift of his father and mother, Henry and Juliana de Noers.]

[c. 1170–80.] *Carta Nicholai de Noers super confirmacione eiusdem.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Nicholaus de Noers eternam in Domino Salutem. Sciat vniuersitas vestra Me concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. de Oxon' & Can. . . [&c.] Eccl. de Chirchehull', cum omnibus pert. suis, sicut H. de N. pater meus & I. mater mea prenominate Eccl. eam dederunt et carta sua confirmauerunt. Et vt hec . . . [sealing clause].

1030.

A. p. 227, b.

[Richard Vernon to the same. Confirmation of the gift of Henry and Juliana de Noers.]

Item quedam alia carta confirmacionis ibidem. [c. 1170–80.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. Ricardus de Vernun Salutem. Sciatis me concessisse . . . [&c.] Deo & S. F. & Eccl. S. F. de Oxon' et Can. . . [&c.] Eccl. de C., in liberam & puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus pert. suis, sicut H. de Noerijs & I. vxor sua prenominate Eccl. eam dederunt & carta sua confirmauerunt. Et vt hec . . . [sealing clause].

1031.

A. p. 228.

[William Mandeville to the same. Confirmation of the same.]

Carta Willelmi Mandeuill' de confirmacione, &c. [c. 1170–80.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Willelmus de Mandeuilla Salutem in Domino. Sciatis me concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. de Oxon' & Can. . . [&c.], pro salute . . . [&c.], Eccl. de C., in liberam & puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus pert. suis, sicut H. de Noerijs & I. vxor [sua][1] prenominate Eccl. eam dederunt et carta sua confirmauerunt. Et vt hec . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Magistro Castellano, Willelmo Blundo, Stephano Clerico & multis alijs.

1032.

A. p. 228.

Confirmed No. 1035.

[Charter of Richard Archbishop of Canterbury confirming the same.]

Carta R. Cantuar' Archiepiscopi super eadem Eccl. [c. 1180.]

Ricardus[2], D. G. Cant' Archiepiscopus, tocius Anglie Primas & apostolice sedis Legatus, vniu. Xpi fid. . . [&c.] eternam in Domino Salutem. Ex auctentico scripto Henrici de Noers[3] satis aperte cognouimus quod idem H., assensu & voluntate Iuliane vxoris sue et

[1] mea MS. [2] Richard, Prior of Dover, 1174–84. [3] Nuers.

Iordani generi sui, concessit . . . [&c.] Deo & S. F. Oxon'[1] & Can. . . [&c.] Eccl. de Chirchehull'[2], cum omnibus pert. suis, in liberam & puram ac[3] perpetuam elemosinam, pro salute . . . [&c.], liberam & quietam ab omni seculari exaccione & seruicio. Nichillominus eciam, sicut[4] in[5] eodem scripto cognouimus, idem H. & I. vxor eius dederunt corpora sua prefate Eccl., ita quod, si vitam suam in melius mutare voluerint, in eadem Domo ad agendam vitam Canonicam reciperentur. Vnde, quoniam ex officio suscepti[6] regiminis nobis imminet vt caritatis opera que a subditis nostris, pietatis & deuocionis intuitu[7], facta esse noscuntur rata habeamus & firma, factum predicti H. & I. vxoris sue & I. generi sui multipliciter approbantes, prescriptam concessionem et donacionem eorum de prelibata Eccl. & pert. suis, necnon de corporibus ipsorum H. & I. vxoris sue, prelibate Eccl. & Domui S. F. sub prescripta forma donatis ratam habemus & firmam, & auctoritate qua fungimur confirmamus, & sigilli nostri patrocinio ac presentis scripti testimonio corroboramus[8], sicut carta predicti H. atque I. vxoris sue & I. generi sui, sigillis confirmata et consignata, quam nos ipsi vidimus, racionabiliter testatur[9].

1033.

A. p. 228, b. C. p. 297. No. 451.

[Alexander III to the Prior and Canons of St. Frideswide. Confirmation of the same.]

[c. 1180, July 25.] *Item Bulla Alexandri Pape, &c.*
Alexander Papa pro Cherchull'. [C. marg.]

Alexander Episcopus . . . &c. dilectis fil. Pr. & Can. S. F.[10] Salutem . . . [&c.]. Iustis petencium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a racionis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter, dilecti in Domino fil., tuis iustis postulacionibus grato[11] concurrentes assensu, Eccl. de Chirchehull'[12] a[13] venerabili fratre[14] nostro R.[15], Cantuar'[16] Archiepiscopo, apostolice sedis Legato, vobis[17] iuste concessam & scripto suo auctentico confirmatam, sicut ipsam Canonice et pacifice possidetis, auctoritate apostolica confirmamus & presentis scripti patrocinio communimus, statuentes vt nulli omnino hominum . . . [minatory clause]. Dat. Viterbij, viij Kal. Augusti.

[1] de Oxon'. [2] Chirchehulla. [3] &. [4] sicut *om.* [5] ex. [6] suscepte. [7] intuitu *om.* [8] roboramus. [9] protestatur. [10] Frideswide. [11] gratis A. [12] Chirchille. [13] & A. [14] patre, fratre written above in a later hand. [15] eciam A. [16] Cantuariens'. [17] nobis A.

1034.

A. p. 229.

[Charter of John Archdeacon of Oxford confirming the same.]

Carta confirmacionis Archidiaconi Oxon' de eadem Eccl. [c. 1190.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Iohannes de Constanc'[1], Oxenford Archidiaconus, Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos inspexisse cartas Henrici de Noers et Iuliane vxoris sue quibus donacio Eccl. de Cercell' continetur, quam predicti H. & I. Eccl. S. F. de Oxenford et Can. . . [&c.] concessisse, et quantum ad eos pertinet dedisse predictarum cartarum serie protestatur. Et ne memorati H. & I. iam dicta concessione et donacione, quam ipsi predictis Can. fecerunt, aliquo modo possint resilire, eam presenti scripto & sigilli [nostri][2] munimine roborare curauimus, salua in omnibus Lincoln' Eccl. dignitate, et iure restitucionis nobis & successoribus nostris reseruato.

1035.

A. p. 232.

[Charter of Hubert Archbishop of Canterbury confirming the same.]

Sequitur alia confirmacio Huberti, Cantuar' Archiepiscopi, de Ad-uocacione Eccl. memorate. [c. 1200.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Hubertus[3], D. G. Cant' Archiepiscopus, tocius Anglie Primas & apostolice sedis Legatus, eternam in Domino Salutem. Vniuersitati vestre innotescat nos cartam bone memorie R., predecessoris nostri, inspexisse in hec verba:—

[Here is recited No. 1032.]

Nos autem, memorati predecessoris nostri vestigijs inherentes, & confirmacionem eius ratam et gratam habentes, eam auctoritate qua fungimur confirmamus, & ad maioris certitudinis firmamentum, eam, sicut racionabiliter facta est, tam presenti scripto quam sigilli nostri testimonio communimus.

[1] John de Constantiis, 1186–96. Le Neve's *Fasti*, ii. 64. [2] mei MS.
[3] Hubert Fitz Walter, 1193–1205.

1036.

A. p. 228, b.

[Charter of William Bishop of Lincoln confirming the same.]

[1203-6] *Carta Willelmi Lincoln' Episcopi de confirmacione Eccl. predicte, cum suis iuribus, &c.*

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] W., D. G. Lincoln' Episcopus, Salutem. Sicut Domum S. F. fauore religionis quam constat in ea florere brachijs caritatis amplectimur, ita volumus iura ipsius, vt semper integra & illibata permaneant, protegere et fouere, & ne pro defectu nostro in aliquo periculentur, hijs que vidimus & audiuimus veritatis testimonium perhibere. Nouerint igitur vniuersi quod Henricus de Noerijs et Iuliana vxor eius, in presencia nostra constituti, recognouerunt quod ipsi, pro salute sua & suorum, concesserunt . . . [&c.] memorate Domui & Can. . . [&c.] Eccl. de Chirchehull', cum omnibus pert. suis, quam munimine sue carte, quam vidimus, eisdem Can. confirmauerant in perpetuam elemosinam possidendam. Vidimus eciam cartam bone memorie Ricardi, quondam Archiepiscopi, qui eandem Eccl., sicut in carta continebatur, prefatis Can. solemniter confirmauit. Volentes itaque predictos Can. in suo iure quantum possumus fouere, quod vidimus testamur, ne possit eis per posteritatis [maliciam][1] vel aliquam ignoranciam, defectus testimonij nocere.

1037.

A. p. 231.

[Charter of Hugh Bishop of Lincoln confirming the same.]

[c. 1210-20.] *Confirmacio [domini][2] Hugonis Lincoln' Episcopi. Carta de Eccl. supradicta, vt infra, &c.*

Hugo, D. G. Lincoln' Episcopus, vniu. Xpi fid. . . [&c.] Salutem que nunc est & futuram. Ex iniuncto nobis officio tenemur Ecclesiarum vtilitatibus deseruire, Domos que religiosas non solum in sui status integritate conseruare, verum eciam in meliora promouere. Sicut igitur ex auctentico scripto Henrici Noers & Iuliane vxoris sue & Iordani generi sui manifeste cognouimus, idem H., assensu & voluntate I. vxoris sue & I. generi sui, concessit . . . [&c.] Deo & S. F. & Can. . . [&c.] Eccl. de Chirchella, cum omnibus pert. suis, in liberam

[1] moliciam MS. [2] dicti MS.

& puram et perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari exaccione . . . [&c.]. Ex eodem eciam instrumento cognouimus quod idem H. & I. vxor eius dederunt corpora sua prefate Eccl., ita quod, si vitam suam in melius mutare voluerint, in eadem Domo ad agendam vitam Canonicam recipientur. Quia igitur pietatis opera diligere eis que auctoritatem impertire tenemur, factum predicti H. & I. vxoris sue, necnon eciam I. generi sui, non immerito collaudantes, prescriptam concessionem et donacionem eorum de prelibata Eccl. de Chirchull' cum pert. suis, necnon de corporibus eorum H. & I. vxoris sue, prelibate Eccl. & Domui S. F. sub prescripta forma donatis, ratam habemus & firmam, eam que auctoritate qua fungimur confirmamus & sigilli nostri patrocinio, necnon & presentis scripti testimonio, communimus, sicut carta predicti H. & I. vxoris sue & I. generi sui sigillis eorum confirmata et consignata, quam nos ipsi vidimus, racionabiliter testatur.

1038.

A. p. 229.

[Roger de Noers to the Prior and Canons of St. Frideswide. Confirmation of the same.]

Confirmatoria carta Rogeri de Nodar' de Aduocacione predicta. [c. 1250–60.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Rogerus[1] de Nodarijs, Miles, dominus de Chirchehull', Linc' diocesis, Salutem in vero salutis auctore. Cum dominus Henricus de Nodar', Miles, & Iuliana vxor eius Aduocacionem, siue ius patronatus Eccl. de C., religiosis viris Pr. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] libere, quiete, integre et absque aliqua diminucione, pro salute . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, quondam dederunt . . . [&c.], Ac Nicholaus de Nodar', iure hereditario in Manerio de Chirchehull' succedens, predictam donacionem & concessionem confirmauit, et ius, si quod habuit, eisdem Pr. & Con., pro se & heredibus suis & assignatis suis quibuscunque, quietum clamauit, vt per cartas eorundem super dictis donacione, concessione & quieta clamacione, supradictis Pr. & Can. factas, per inspeccionem earundem, michi constat euidenter atque veraciter, Ego predictus R. de N., tam laudabile factum predecessorum meorum et Deo acceptum, firmum & stabile manere volens, et imperpetuum inuiolabiliter obseruari, supradictas donacionem, concessionem, confirmacionem & quietam clamacionem a predictis predecessoribus meis super Aduocacione, seu patronatu, prenominate Eccl. de Chirchehull', ipsis Pr. & Con. S. F.

[1] There were certainly two of this name, see No. 1065, and the descent appears to have been Henry, Nicholas, Roger, Roger, John.

Oxon' factas, diuine caritatis intuitu, pro me & heredibus meis vel assignatis meis quibuscunque, gratanter approbo, ratifico & tenore presencium confirmo, & totum ius quod habui, seu habere potero, seu michi vel heredibus vel assignatis meis quibuscunque accidere aliquo modo [poterit], imperpetuum dictis Pr. & Con. S. F. Oxon' et eorum successoribus totaliter dimitto, & pro me & heredibus meis & assignatis meis quibuscunque, per presentes quietum clamo, ita quod nec ego, nec aliquis heredum meorum, vel assignatorum meorum, in predicta Aduocacione, seu Eccl. predicte [patronatu] [1], aliquid iuris vel clamij exigere de cetero vel clamare potero, vel poterint, imperpetuum. In cuius rei testimonium, &c.

1039.

A. p. 229, b.

[The same to the same. Quit claim of all right in the same.]

[c. 1250–60.] *Item relaxacio & quieta clamacio super eadem.*

Not. sit vniu. quod Ego Rogerus Nowers, Miles, dominus de Chirchehull', remisi, relaxaui [et], pro me & heredibus meis, imperpetuum quietum clamaui Pr. Eccl. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. & eorum successoribus totum ius patronatus quod habeo in Eccl. de Chirchehull', ita quod nec ego dictus R., nec heredes mei, in predicto iure patronatus aliquod ius vel clamium exigere seu vendicare poterimus in futurum, set ab omni accione iuris patronatus simus exclusi imperpetuum per presentes. Et ego predictus R. volo, pro me & heredibus meis, & expresse concedo quod predictus Pr. & Con. et eorum successores habeant & teneant predictam Eccl. in proprios vsus, cum omnibus iuribus, libertatibus & pert. suis vniuersis ad dictam [Eccl.] spectantibus. In cuius rei testimonium, &c.

1040.

A. p. 230.

[Baldwyn Parles, with assent of Juliana his wife and his heirs, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of a virgate of land with the tenant and his issue.]

[c. 1180–90.] *Carta j virgate ibidem, cum quodam homine & sequela sua.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Baldwynus de Parles dedi . . . [&c.] Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in perpetuam elemosinam, pro anime

[1] aduocatu MS.

mee salute . . . [&c.], j virgatam terre in Chirchehull', cum omnibus pert. suis, quam virgatam Aldredus tenuit, & eciam ipsum A., cum vxore sua & filijs & omnibus ad se pertinentibus, liberum & absolutum ab omni calumpnia, cum ipsa virgata terre, saluo iure Regis & seruicio, nichil retinens michi preter beneficium oracionum, & hoc consensu Iuliane vxoris mee & heredum meorum. Et pro hac concessione predicti Can. dederunt michi & vxori mee de facultate Eccl. sue xx*s*. Ego vero & vxor mea predicta I. dedimus corpora nostra post obitum nostrum, si in illa prouincia obierimus, ibidem sepelienda.

1041.

A. p. 230.

[The same to the same. Gift of an acre of wood.]

Carta Baldwyni Parles de j acra bosci ibidem. [c. 1180–90.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. Baldwynus de Parles Salutem. Sciatis me dedisse . . . [&c.] Deo & B. F. Oxon' & Can. . . [&c.], consensu & voluntate Iuliane vxoris mee & heredum meorum, j acram in graua mea, in longitudine & latitudine, apud Chirchehull', iuxta riuulum, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, pro salute . . . [&c.]. Et hanc donacionem feci predicte Eccl. consensu & voluntate domini mei Henrici Neuers.

1042.

A. p. 230, b.

[Henry de Noers to the same. Confirmation of the above gifts.]

Item carta de alijs ij acris de graua ibidem. [c. 1190–1200.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Henricus de Nuers Salutem. Sciatis me concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], assensu & voluntate Iuliane vxoris mee, totam illam donacionem quam Baldwynus de Parles fecit eidem Eccl., assensu & voluntate Iuliane vxoris sue & Walteri f. & heredis sui, de j virgata terre in Chirchull', quam Aldredus homo eiusdem B. tenuit, cum ipso A., quem eidem Eccl. concessit, liberum et quietum de se & heredibus suis, & de j acra de graua sua in Chirchull' quam Hugo Etelafr' tenet de Eccl. S. F., reddendo eidem Eccl. annuatim xij*d*. ad festum S. F., & de ij acris de eadem graua sua, quas idem B. dedit . . . [&c.] eidem Eccl., sicut carta ipsius, quam idem Can. inde habent, testatur. Et vt hec . . . [sealing clause].

1043.

A. p. 230.

[Simon of Barton to the Prior and Canons of St. Frideswide. Acknowledgement that he holds a grove at a rent of 6*d.* per annum, with leave to them to cut wood in the same for the repairs of their plough.]

[c. 1190–1200.] *Carta de vj*d. *annuatim percipiendis de bosco ibidem.*

Sc. omn. tam pres. quam fut. quod Ego Simon de Berton' recepi de Pr. S. F. Oxon' & Can. eiusdem loci totam grauam quam habuerunt in Chirchehull' de feudo meo, tenendam de eis imperpetuum iure hereditario, liberam & quietam ab omni seruicio, Reddendo inde eis annuatim vj*d.* ad festum S. Michaelis pro omni seruicio, Ita quod ego concessi eis virgas & que necessaria sunt ad dominicam carucam suam in Chirchehull', si ibi inueniatur quod necessarium fuerit predicte caruce. [Similiter][1] autem concessi eis in mea propria graua, que est iuxta grauam illorum, si similiter ibi inuentum fuerit, quod necessarium fuerit ad predictam carucam predictorum Can. Et hoc visu Forestarij mei.

1044.

A. p. 230, b.

[The same, with assent of his wife and heirs, to the Church and Canons of St. Frideswide. Confirmation of the gifts of Baldwin Parles.]

[c. 1190–1200.] *Carta confirmacionis de j virgata ibidem supradicta.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon f. Ricardi de Berton' Salutem. Sciatis me concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], assensu & voluntate vxoris mee et heredum meorum, j virgatam terre in Chirchehull', scilt. illam quam Baldwynus de Parles dedit eidem Eccl., cum Aldredo qui predictam terram tenet, & ipsum A., liberum & quietum, cum vxore sua & omnibus liberis eorum, de se & heredibus suis, cum ij acris de graua mea, & ideo volo & confirmo vt predicti Can. habeant predictam terram liberam & quietam ab omni seculari seruicio, excepto seruicio Regis, in boscis, in planis, in pascuis et in omnibus alijs rebus ad eandem terram pertinentibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam.

[1] Word in MS. doubtful, might stand for sui or sin.

1045.

A. p. 232, b.

[Before papal commissioners. The Prior of St. Frideswide v. William Mandeville respecting certain tithes. Defendant waives his claim, and commissioners confirm the plaintiff's right.]

Sentencia lata apostolica contra dominum de Chirchull' lata auctoritate de decimis feni dominij ibidem adiudicatis, &c.[1] [c. 1195.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] H.[2], D. G. Abbas Radyng', & H.[3], eadem gracia Abbas Abendonie, Salutem in Domino. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire quod controuersia mota inter Pr. S. F. Oxon' & Willelmum de Mandeuill', Militem, super decima feni de dominio de Churchull', cuius cause cognicio fine debito decidende a domino Celestino Papa iij nobis erat commissa, partibus tandem de virorum prudencium consilio amicabiliter componentibus, hoc demum fine conquieuit, viz. quod predictus W., ius Pr. & Can. S. F. recognoscens, totam decimacionem feni de dominio de Chirhull' predictis Pr. & Can., libere & quiete habendam & pacifice possidendam imperpetuum, concessit & [carta] sua confirmauit. Nos autem, per dicti Militis [concessionem][4] ius prefatorum Can. attendentes, controuersias eciam in presencia nostra fine canonico terminatas, iterum rediuiuo dolore, suscitari nolentes, predictis Can. decimacionem feni de toto dominio de Chirchell' imperpetuum pacifice possidendam, ad predicti Militis concessionem, auctoritate qua fungimur confirmamus. Et vt hec . . . [sealing clause].

1046.

A. p. 233. O. C. No. 61[5].

[William Mandeville to the Canons of St. Frideswide. Formal cession of his right in the above-named tithes.]

Carta confirmacionis predicti Willelmi Mandeuill' de decimis feni supradictis. [c. 1195.]

Sc. pres. & fut. ad quos presens scriptum peruenerit quod[6] Ego Willelmus de Mandeuilla, citatus auctoritate summi Pontificis Celestini ab Abbate de Abbendona & Abbate de Radynges responsurus Cano-

[1] Rubric, sic MS. [2] Hugh, 1180–99, D. M. iv. 31. [3] Hugh, 1189–1221, ib. i. 508. [4] confessionem MS. [5] Endorsed Cercelle. Imperfect and somewhat defaced. Transcript from A. [6] quod *om.* A.

nicis S. F.[1] super decimacione feni tocius ville de Chirhull'[2], reddidi predictis Can., plene & integre, predictam feni decimacionem & imperpetuum percipiendam eis concessi, & ne concessio mea imposterum possit irritari, eam presenti scripto & sigilli mei apposicione confirmaui. Hijs[3] testibus[4], Waltero Decano, Ricardo de Liuns, Willelmo . . ., Roberto de Wicchun', Hugone Capellano, . . . Bussei, . . . Capellano, Gileberto Caperun, Henrico de Hokenortun'. . . & multis alijs.

1047.

A. p. 233, b.

[Before papal commissioners. The Monks of Bruern v. the Canons of St. Frideswide respecting certain tithes. Terminated by mutual agreement between the parties.]

[c. 1210.] *Item alia composicio inter Pr. S. F. & Eccl. de Bruer' de diuersis decimis ibidem, et de iijs. quolibet secundo anno soluendis Eccl. S. F.*

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] E.[5], R. & A., de Dorcestr', de Nutel' et de Messenden Abbates, Salutem in salutis auctore. Quoniam que semel, vel amicabili composicione vel sentenciali diffinicione, legitimum finem sorciuntur nullius improbitate vel machinacione debent imposterum eneruari, cautum & vtile est sub sera perpetue memorie ea scripto, cum virorum prudencium testimonio, commendari. Causa siquidem que ex auctoritate summi Pontificis coram nobis inter Monachos de Bruere[6] & Can. S. F. Oxon' super decimis de blado & feno in villa de Cercell' vertebatur in hunc modum amicabiliter est sopita, scilt. quod dicti Monachi predictis Can. omnes decimas de blado suo in eadem villa, tam de terris ab eisdem Monachis cultis quam colendis, de quibus predicti Can. decimas perceperint, saluo iure Eccl. eiusdem de Cercell', annuatim persoluent. Ipsi vero Monachi immunes erunt a prestacione decimarum feni de prato suo in Sitham quod pertinet ad j hidam suam quam habent ex dominio eiusdem ville. Si autem aliud pratum de eodem dominio perquisierint, decimas feni de prato adquisito prefatis Can. plenarie persoluent. De [assartis][7] autem factis vel faciendis ad iam dictam hidam pertinentibus a prestacione decimarum immunes erunt. Si vero contigerit quod terra de Refham, super cuius decimis mota fuit coram nobis controuersia, per negligenciam Monachorum aut voluntatem subtrahendi decimas eisdem Can. quolibet secundo anno iacuerit inculta, iij*s*. sterlingorum nomine

[1] Frideswide. [2] Cerchil. [3] Hijs *om.* O. C. [4] Witnesses O. C. only.
[5] Eustace occurs 1207 and 1216, D.M. vi. 323. R. and A. cannot be identified.
[6] See note 1, p. 223. [7] assertis MS.

decimarum in illo secundo anno eis persoluent, & hanc eandem terram si annuatim coluerint et annuatim decimas dabunt. Eam vero ad minus quolibet secundo anno colent, si aliquam terram illo anno coluerint. Eadem siquidem terra si propter guerram aut vim dominorum vel mortem animalium aliquo secundo anno inculta fuerit que tunc coli debuerit, illo anno a solucione predictorum iijs. ipsi Monachi quieti erunt. Hanc siquidem amicabilem composicionem legitime interpositam penitus approbantes auctoritate qua fungimur confirmamus, et ne imposterum aliquorum malignitate, tanquam rei geste memoria refrigescente, posset in dubium deuocari, presenti scripto sigilla nostra apponere dignum duximus.

1048.

A. p. 234, b.

[Before papal commissioners. The Prior and Convent of St. Frideswide v. the Abbot and Monks of Bruern respecting certain tithes. Judgement for plaintiffs.]

Sequitur alia composicio inter Eccl. S. F. et Eccl. de Bruer'. [c. 1217.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] R. Pr. de Burrencestr' et G. Decanus de Itteslep' Salutem in Domino. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire nos mandatum domini Honorij Pape sub hac forma suscepisse :—

Honorius Episcopus . . . [&c.] dilectis filijs de Abendon' et de Berrencestr' Prioribus et Decano de Islep', Sar' & Lincoln' diocesium, Salutem . . . [&c.]. Dilecti filij Pr. & Can. S. F. nobis conquirendo monstrarunt quod Abbas & Monachi de Bruere, Cist' ordinis, et quidam alij, Lincoln' diocesis, super quibusdam decimis et rebus alijs iniuriantur eisdem. Ideo que discreccioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus conuocatis, audiatis causam, & appellacione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui nominati fuerint, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, ij vestrum ea nichillominus exequantur. Dat. Lateran' v Non. Marcij, Pontificatus nostri A° j°. [1218, Mar. 3.]

Huius igitur auctoritate mandati, partibus in nostra presencia constitutis, Pr. de Abendon' litteratorie se ad totam causam excusante, Pr. & Can. S. F. sic suam intencionem fundarunt. Petimus ab Abbate & Con. de B. decimas feni tocius prati pertinentes ad hidam terre

quam habent in villa de Cercell' de dominico Nicholai de Noers, & decimas garbarum tocius terre que fuit extracta de prato ad supplementum hide predicte illis assignate, viz. Refham, Trikmor, Micheleslade. Ad quod Pr. de B., ab Abbate & Con. suo super hoc Procurator specialiter deputatus, respondens recognouit se ac Domum suam ad solucionem decimarum bladi & feni de predictis terris, cum [culte fuerint][1], et prato proueniencium Pr. & Can. ac Domui S. F. teneri, sicut quilibet alius vir ydoneus de eadem villa de Cercell' ad solucionem decimarum bladi & feni tenetur, et se de cetero id facturos fideliter & sine fraude promisit. Nos igitur, fundata intencione Pr. & Can. predictorum, & confessione ex parte Abbatis & Monachorum de B. coram nobis facta [per] Procuratorem prenominatum, [Abbatem & Monachos][2] de B. ad solucionem decimarum, sicut superius sunt expresse, condempnauimus, et eas Eccl. S. F. sentencialiter adiudicauimus, et nomine expensarum & arreragiorum predictis Pr. & Can. j marcam argenti adiudicauimus. Vt igitur id quod a nobis et coram nobis in iudicio actum est non possit in dubium reuocari, presens scriptum [sigilli nostri][3] duximus munimine roborare.

1049.

O. C. No. 76[4].

[The Prior and Convent of St. Frideswide and the Monks of Bruern. Agreement respecting tithes at Churchill.]

[c. 1220.] Vniu. S. Matr. Eccl. . . [&c.] S. Pr. S. Frideswide de Oxenford & eiusdem loci Con. Salutem in Eo qui est salus [omnium]. Ad uniuersitatis uestre noticiam uolumus peruenire quod controuersia que inter nos & [Mon]acos de Bruer' super decimis de blado et feno in uilla de Cercell' uertebatur in hunc modum finaliter conquie[uit], scilt. quod nos integre ab eisdem Monachis [omnes] decimas de blado suo in eadem uilla, tam de terris ab illis [cultis] quam colendis, de quibus nos decimas percepimus, [sal]uo iure eiusdem Eccl. de Cercell', annuatim percipiemus. Iniuncti uero monachi erunt immunes [a] prestatione decimarum feni de prato suo in Sitham, quod pertinet ad unam hidam suam quam habent ex dominio eiusdem uille. Si autem aliud pratum de eodem dominio perquisierint, decimas feni de prato adquisito nobis plenarie persoluent. De assartis autem, factis uel faciendis, ad iamdudum hidam pertinentibus, de decimarum sol[u-

[1] culta fuerit MS. [2] Abbatis & Monachorum ib. [3] sigillo nostro ib.
[4] Endorsed, Inter Monacos Bruer & Canonicos Sancte Frideswide, Oxon'.

cione] immunes erunt. Si uero contigerit . . . [&c.][1]. Hec autem finalis concordia ne [imposterum prauorum hominum malignitate] possit infringi, eam presentis scripti attestatione & sigilli nostri appositione . . . duximus corroborare. His testibus, Willelmo Decano de Witun, Waltero d . . . Helia Capellano de Stokes, Galfrido Capellano de Witun, Willelmo . . . ton, Roberto de Witun, Roberto de sancto Albano . . .

1050.

A. p. 231.

[Nicholas de Noers to the Church of Churchill. Gift of a plot of land in lieu of certain tithes payable to the Church by the Monks of Bruern.]

Carta de quadam placea ante portas Rectorie ibidem data predicte Eccl. in recompensacionem decime in clauso Monachorum de Bruer'. [c. 1220–30.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Nicholaus de Noers dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. de Chirchell' totam illam placeam que iacet ante portam I. Rectoris eiusdem Eccl., claudendam muro ad liberos & proprios vsus Eccl. de Chirchull', Habendam . . . [&c.], liberam & quietam ab omni seruicio . . . [&c.] ad me vel ad heredes meos pertinente, hoc tamen saluo quod regie placee ex neutra parte predicte placee artentur nec minuantur. Et sciendum est quod istud donum & huius carte confirmacionem feci predicte Eccl. de Chirchull' in recompensacionem decimarum, communie & cuiuscunque clamij que vmquam habuit vel habere potuit predicta Eccl. de Chirchull' in clauso Monachorum de Brewere, quod eisdem dedi, cum corpore meo apud B. sepeliendum, cum humanitas de me contingat. Et ego . . . [warranty]. Quod si ego & heredes mei warantizare non poterimus, dabimus Eccl. de Chirchull' escambium ad valorem dicte placee de dominico nostro. In cuius rei testimonium, &c.

1051.

A. p. 231, b.

[Matthew le Sethne to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of a plot of land adjoining their grange.]

Carta de quadam porcione terre vbi grangia situatur ibidem. [c. 1220–30.]

Sc. pres. et fut. quod Ego Matheus le Sethne de Cercella, diuine

[1] From this point the MS. becomes somewhat defective, but apparently follows the reading of No. 1047, with very little variation, as far as the words 'quieti erunt.'

pietatis intuitu, & pro salute . . . [&c.], de assensu & voluntate vxoris mee & heredum meorum, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.] quandam porcionem terre de curia mea in villa de Cercella, vbi grangia eorum sita est, habentem in longitudine lxxxviij pedes in parte orientali vsque ad stratam, & liij pedes in latitudine in parte aquilonari, cum libero introitu & exitu. Concessi eciam eisdem iij pedes ad muri construccionem extra grangiam suam vsque ad stratam inter domum meam & porcionem eorum versus fontem, Habendam . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, absque omni seruicio . . . [&c.], Ita quod nichil inde michi vel heredibus meis retineo preter elemosinam et oracionum suffragia. Hanc autem . . . [warranty]. Et vt rata . . . [sealing clause].

1052.

A. p. 232. O. C. No. 87[1].

[Matthew the giant to the same. Gift of land for the construction of a wall.]

[c. 1220–30.] *Alia carta de l pedibus terre [in][2] longitudine & totidem in latitudine & iij pedibus ad construccionem muri ibidem.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Matheus gigas de Cercella dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. Frideswide Oxon' & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, terram l pedum in longitudine & totidem in latitudine, cum libero introitu & exitu, & iij pedes ad muri construccionem per circuitum dicti loci, in parte australi a [domo][3] mea versus fontem. Hanc autem . . . [warranty]. Vt autem hec . . . [sealing clause]. Hiis testibus[4], Nicholao de Noerl, Rogero Gulafr', Waltero de Cerceden', Alexandro de la Thurne, Thoma de Langel', Roberto de Gardino, Gileberto [North][5], Rogero Bastard, Alexandro f. Rogeri, Galfrido Spende, Willelmo aurifabro, Henrico ad puteum.

[1] Endorsed with one word, prob. Cercella. In fair condition, but wanting a few words. Transcript therefrom. [2] & MS. [3] supplied from A. [4] Witnesses O. C. only. [5] This name is very uncertain.

1053.

A. p. 233.

[Before papal commissioners. John Rector of Churchill v. the Abbot and Convent of Bruern, respecting certain tithes. Terminated by defendants agreeing to pay plaintiff 10*s*. per annum in lieu of tithe.]

Composicio facta inter Rectorem Eccl. de Churhull' & Abbatem & Con. de Bruer' de xs. annualim predicte Eccl. pro decimis feni j hide terre & minutis decimis ibidem, &c. 1241.

Omn. ad quos . . . [&c.] Pr. de Bradenstok' Salutem in Domino. Mandatum domini Pape in hec verba suscepimus :—

Gregorius Episcopus . . . [&c.] dilecto fil. Pr. de Bradenstok, Sar' diocesis, Salutem . . . [&c.]. Iohannes, Rector Eccl. de Cercell', nobis exposuit conquerendo quod Abbas & Con. de Bruera, Cist' ordinis, R. miles & quidam alij, Lincoln' & Sar' diocesium, super decimis, terris, debitis et rebus alijs iniuriantur eidem, Ideo que discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus conuocatis, audiatis causam et, appellacione remota, vsuris cessantibus, debito fine decidas, faciens quod decreueris per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellacione cessante, [compellas][1] veritati testimonium perhibere. Dat. Lateran' x Kal. Aprilis, Pontificatus nostri A° xiij°. [1238, Mar. 23.]

Huius igitur auctoritate mandati, partibus in presencia nostra et subdelegatorum nostrorum, scilt. Decani Oxon' & Vicarij de Haseleia, constitutis, fundata intencione actoris, qua scilt. petit Iohannes, Rector Eccl. de Cercella, ab Abbate & Con. de Bruer' decimas feni j hide terre & dimidie, & omnes decimas & communiam j acre muro incluse ex aquilonari parte grangie eorundem apud Cercell', quam eisdem dedit Nicholaus de Noers, & omnes alias minutas decimas infra limites parochie sue de Cercell' constitutas, ex empcionibus et replicacionibus hinc inde propositis, Demum lis mota [amicabiliter][2] conquieuit sub hac forma, viz. quod Eccl. de Bruer', secundum tenorem preuilegiorum suorum, futuris temporibus a petitarum decimarum prestacione libera erit & immunis, verumptamen, pro bono pacis, dicti Abbas & Con. soluent singulis annis dicte Eccl. de Cercell' x*s*. ad ij anni terminos imperpetuum, scilt. . . [5*s*. at Michaelmas and at Easter]. Et vt hec que coram nobis gesta

[1] compellatis MS. [2] abicabiliter ib.

sunt perpetuam optineant firmitatem, auctoritate apostolica eadem confirmantes, ad perpetuam rei memoriam presenti scripto cirographato signum nostrum, vna cum signis parcium, apponi fecimus, reseruantes tamen nobis iurisdiccionem ad compellendum partes qui pro tempore fuerint per censuram apostolicam ad dicte composicionis obseruanciam. Et erat hec composicio facta A° ab Incarnacione Domini M°CC°XLJ°.

1054.

A. p. 234.

[Charter of Robert Bishop of Lincoln confirming the above.]

[1241, Sept. 11.] *Confirmacio domini R. Lincoln' Episcopi super composicione inter I. Rectorem ibidem & Monachos predictos, que scriberetur ante vltimam cartam precedentem.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] R., D. G. Linc' Episcopus, Salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra nos composicionem inter dilectos fil. Abbatem et Con. de Bruer', Cist' ordinis, ex vna parte, & Rectorem Eccl. de Cercell', coram dilecto filio Pr. de Bradenestoke, Sar' diocesis, initam, ex parte altera, inspexisse sub hac forma :—

Omn. ad quos . . . [&c.] Pr. de Bradenestok', Salutem in Domino, &c., vt supra in composicione tercia supradicta [1].

Nos autem, dictam composicionem ratam & gratam habentes, ipsam pontificali auctoritate confirmamus, & ad perpetuam rei memoriam huic scripto signum nostrum apposuimus. Dat. apud Bukden' iij Id. Sept., Pontificatus nostri A° vij°.

1055.

A. p. 235.

[The Abbot and Convent of Bruern and John Rector of Churchill. Agreement as to certain rights.]

[1253/4, c. Feb. 2.] *Composicio inter predictos Abbatem et Con. de Bruer' et Rectorem dicte Eccl. de quodam waorio & quadam [placea] que vocatur Pollak', &c.*

Hec est conuencio facta inter Abbatem & Con. de Bruer', ex vna parte, & dominum I., Rectorem Eccl. de Cercell', ex altera, viz. quod cum predicti Ab. & Con. breuia regia procurassent contra predictum I. de quodam waorio quod idem I. fecit, et de nouo muro quod leuauit extra portam suam apud Cercell', et de quadam placea que

[1] No. 1053.

vocatur le Pollakk, quam arauit & seminauit ad nocumentum liberi tenentis predictorum Ab. & Con., vt dixerunt, et cum predictus I. consimiliter breuia regia procurasset contra predictos Ab. & Con. de quodam [muro] quem ipsi leuarunt, & j clauso quod fecerunt extra grangiam suam, ex aquilonari parte, in villa de Cercella, quod habent ex dono Nicholai de Noers, in dampnum Eccl. sue de Cercell', vt dixit, Tandem predicte partes, volentes parcere laboribus, dampnis & expensis, se retraxarunt & breuia regia retinuerunt, & pacem perpetuam sub hac forma confecerunt, viz. quod predictus murus & clausum extra grangiam suam predictam remanebunt Eccl. de B. in bona pace, integre & illise imperpetuum, ita quod predictus I., Rector Eccl. de Cercell', & successores sui in eodem clauso nichil decimarum, nec iuris, nec commune, nec clamij de cetero possint exigere, nec [habere][1]. Et predictum waorium et murus predicti I. Rectoris remanebit Eccl. de Cercell' eodem modo in bona pace, integre & illise imperpetuum, ita quod [predicti][2] Ab. & Con. & successores sui nichil iuris, nec commune, nec clamij de cetero possint inde exigere, nec habere. Et preterea predictus I. presenti conuencione se obligauit & successores suos imperpetuum quod tota predicta placea que vocatur la Pollak' de cetero iacebit imperpetuum inculta vel fresche, vt [animalia'][3] dictorum Monachorum & tota communia de Cercell' chaciam suam habeant versus Bladen'[4] et retro, ad aquandum & pascendum singulis annis a tempore quo prata de Bladen' fuerint falcata et leuata, sicut solebant et debebant habere tempore antecessorum domini Iohannis supradicti. Et sciendum quod pro hac amicabili composicione remiserunt & quietam clamauerunt predicti Ab. & Con., pro se & successoribus suis, predicto I. & suis successoribus & Eccl. de Cercell' imperpetuum totum ius, communam & clamium quod habuerunt, vel habere potuerunt, in tota illa placea que iacet ante portam predicti I. in Cercell', quam N. de N. dedit predicte Eccl. de Cercell' & carta sua confirmauit, in recompensacionem decimarum, commune et cuiuscunque clamij que vnquam habuit vel habere potuit predicta Eccl. de Cercell' in predicto clauso predictorum Monachorum, quod clausum eisdem dedit N. de N. & carta [sua] confirmauit, cum corpore suo apud Brewere sepeliendo, cum humanitas de eo contigerit. Et vt hec conuencio firmiter & fideliter vtrobique teneatur imperpetuum, predicte partes presenti scripto cirographato sigilla sua alternatim apposuerunt. Et si contingat quod successores predicti I. istam conuencionem obseruare noluerint, in nullo teneantur predicti Monachi ipsam obseruare. Act. A.D. M°CC°LIIJ° circa festum candelarum &c.

[1] ꝑre MS. [2] predictus ib. [3] alalia ib. [4] Bladon, Oxon., 1 m. S. of Woodstock.

1056.

A. p. 236.

[Ratification of the above by the freemen of Churchill.]

[c. 1254.] *Ratificacio hominum de Cercell' super composicione predicta.*

Omn. hominibus . . . [&c.] omnes homines fideles & liberi de Cercell', viz. Radulphus de Aula, Robertus le power, Willelmus le quier, Nicholaus Diaconus, Willelmus aurifaber, Robertus Muschet, Andreas le coruerser, Ricardus Dubrose, Ricardus Albus, Fulco de Somton', Ricardus Tholi, Petrus de la putte, Willelmus Herbeter, Radulphus de Tame, Laurencius Runcyn, Ricardus couper, Willelmus Forel, Willelmus Muweward & alij Salutem. Nouerit vniuersitas vestra quod nos ratam & gratam habemus concordiam & pacem factam inter Ab. & Con. de Bruer' & Nicholaum de Noers, ex vna parte, & Iohannem, Rectorem Eccl. de Cercell', ex altera, de placia ante portam dicti I., cum muro ante portam & waorio iuxta gardinum, secundum tenorem carte dicti N. de N., et secundum tenorem scriptorum dicti Ab. de Brewere & Monachorum, ita quod nos quietum clamamus omne clamium, pro nobis & heredibus nostris, quod habuimus, vel habere potuimus, in dicta placia vel in dicto muro, cum dicto waorio, ita quod nec nos neque heredes nostri possumus vendicare aliquod ius in dicta placia, cum muro dicto & waorio. Et ad maiorem securitatem huius quiete clamacionis, sicut prescriptum est, hoc scriptum sigillorum suorum impressione roborauerunt [1].

1057.

A. p. 236.

[Before the Archdeacon of Oxford. Reginald, Rector of Churchill, v. Ralph of Hecham, Chancellor of Salisbury, respecting tithes. Terminated by mutual agreement.]

[c. 1260.] *Composicio inter Rectorem Eccl. de Churhell' & Rectorem de Foxcote de decimis & alijs iuribus parochialibus de dominico Ade de Foxcote.*

Nouerint vniu. Xpi fid. . . [&c.] quod cum lis mota esset coram nobis Archidiacono Oxon', auctoritate ordinaria cognoscente, inter dominum Riginaldum, Rectorem Eccl. de Cercell', actorem, ex parte vna, et dominum Radulphum de Hecham [2], Cancellarium Sar', reum, ex altera, super quibusdam decimis feni de dominico Ade

[1] This sealing clause is remarkable as being in the 3rd person while the charter is in the 1st. [2] Held office c. 1243–71. Le Neve's *Fasti*, ii. 649.

de Foxcote prouenientibus, quas dictus Cancellarius ad Eccl. suam de Idbury[1] de iure communi spectare dicebat, Tandem dicta lis quieuit in hunc modum, viz. quod predictus R. concessit quo aduixerit predicto Cancellario omnes minutas decimas prouenientes de dominico A. de F. & suorum tenencium in F., vna cum decimis feni supradictis, pro iiij*s*. sterlingorum annuatim soluendis Eccl. de Cercell' die S. Michaelis ad domum dicte A. apud F., ita quod, si dictus Cancellarius in solucione dictorum iiij*s*. cessauerit, licebit extunc dicto R. vti sua possessione pacifica in decimis prenominatis, et eidem Cancellario temporibus ipsius R. super minutis decimis antedictis silencium imponatur. Dictus vero Cancellarius concessit dicto R. quod suis temporibus pacifice percipiat iiij trauas decimarum bladi de predicti A. tenemento proueniencium, & oblaciones, & mortuaria, & omnes res alias debitas & consuetas, quas nomine Eccl. sue predicte percipere consueuit. Hanc autem composicionem sepedicti Cancellarius & R. in verbo Dei iurauerunt se fideliter seruaturos. In cuius rei securitatem pleniorem & testimonium sigillum domini Archidiaconi Oxon' supradicti, vna cum sigillis suis, presenti scripto in modum Cirographi bipartito hinc inde apponi procurauerunt.

1058.

A. p. 236, b.

[Richard of St. Frideswide, Rector of Churchill, and Simon of Micham, successor of Ralph of Hecham. Another agreement respecting the same tithes.]

Alia composicio de decimis prouenientibus de Foxcote predicta. [c. 1280.]

Memorandum quod cum inter magistrum Ricardum de S. Frideswida, Rectorem Eccl. de Cercell', actorem, ex parte vna, et magistrum Simonem de Micham, Cancellarium Sar'[2], Rectorem Eccl. de Ydebury, reum, ex altera, super decimis feni de dominico Radulphi de Foxcote prouenientibus, quibus idem magister

hic deficiunt duo folia[3].

[1] Idbury, Oxon., 6 m. S.W. of Chipping Norton. Foxcote is a hamlet of the same, lying 1½ m. to the N.E. [2] Held office 1272–86. Le Neve's *Fasti*, ii. 649. [3] This note is in a hand but little later than that in which the Cartulary is written. Four pages (237–40) are blank, and it is impossible to say for certain how this occurred, but the most reasonable conjecture seems to be that the original leaves were lost, and blank ones bound up in their place, with the intention of having the documents re-copied on them.

1058.*

Patent Roll, 4 Edw. III. part 1, memb. 13.

[Royal Licence for the Prior and Convent of St. Frideswide to appropriate the Benefice of Churchill.]

[1330.] June 6. *Pro Pr. & Con. S. Fredeswide Oxon'.* [marg.]

Rex omnibus ad quos, &c., Salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali, ad requisicionem dilecti Clerici nostri Ricardi de Bury, Custodis priuati sigilli nostri, concessimus & licenciam dedimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Xpo Pr. & Con. S. Frideswide Oxon' quod ipsi Eccl. de Churchehull', Lincoln' diocesis, que est de Aduocacione sua propria, vt dicitur, appropriare & eam [sic] appropriatam in proprios vsus tenere possint, sibi & successoribus suis imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, Iusticiariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Balliuorum seu Ministrorum nostrorum quorumcunque, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. In cuius, &c. Teste, Rege apud Wodestok vj die Iunii.

Per breue de priuato sigillo.

1059.

A. p. 244, b.

[Before Simon of Islip, Official of Lincoln. The Prior and Convent of St. Frideswide v. the Sub-Dean and Chapter of Lincoln and others, respecting the Advowson of Churchill. Preliminary proceedings.]

1335, Nov. 10. *Sequitur instrumentum quoddam super decreto magistri Simonis de Islep' Commissarij predicti factum apud Stamford.*

In Dei nomine. Amen. A° ab Incarnacione Domini secundum cursum et computacionem Eccl. Anglicane m°ccc°xxxv°, Indiccione iiij^ta^, Pontificatus sanctissimi in Xpo patris & domini nostri domini Benedicti Pape xij A° j°, In mei [Notarij][1] puplici & testium subscriptorum presencia x° die mensis Nouembris constitutus, pariter coram reuerendo viro magistro Simone de Islep, Officiali Lincoln', in Eccl. S. Martini Stamford, Consistorium Officialitatis Lincoln' tunc ibidem tenente, pretendente se venerabilis patris domini Henrici, D. G.

[1] Notorij MS.

Lincoln' Episcopi, in negocio appropriacionis, vnionis, seu annexionis Eccl. parochialis de C. religiosis viris Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon' et eorum Mon. auctoritate apostolica faciende, Iudicis vnici a sede apostolica delegati, Commissarium, magister Ricardus Creshale, Clericus, pretendens se substitutum Fratris Iohannis de Litelmore Can. dicti Mon., religiosorum predictorum in dicto negocio Procuratoris originalis, perlectis primitus per dictum magistrum R. ad iniunccionem dicti magistri S. quibusdam litteris commissionis, viz. dicto magistro S. in hac parte factis procuratorijs, eciam dicto Can. a dictis religiosis factis, ac substitucionis predicte, necnon quorundam certificatoriorum Decanorum Xpianitatis, Linc', Oxon', et de Norton', Linc' diocesis, prefato magistro S. ad mandatum suum per Decanos dictorum Decanatuum transmissorum, vt michi videbatur, continencium quod Subdecanus & Capitulum Eccl. Cathedralis Linc', & Procurator Archidiaconi Oxon', & dominus Rogerus de Noers, Miles, pariter apprehensus, auctoritate mandati dicti magistri S. ad dictos diem & locum extiterant citati, ad dicendum contra testes dictorum religiosorum in prefato negocio productos et eorum dicta, & ad proponendum si quid pro se proponere vellent contra prefatos religiosos quare dicta Eccl. de C. ipsis religiosis & eorum Mon. prefato minime debeat appropriari et vniri, Subdecano & Capitulo, Archidiacono aut Milite supradictis, alio vel alijs pro ipsis, vel eorum aliquo, die & loco prefatis, quod ego scire potui, quamquam toto tempore eiusdem diei quo dictus magister S. ibidem iudicialiter sedebat presens extitissem, vt michi videbatur, minime comparentibus aut comparente, dictos Subdecanum, Capitulum, Archidiaconum & Militem, ac omnes alios qualitercunque in ea parte vocatos & non comparentes contumaces reputari peciit instanter religiosorum predictorum nomine, cuius peticioni predicte dictus magister S., vt michi videbatur, annuens, prefatos vt premittitur vocatos et coram eo nullatenus comparentes contumaces pronunciauit, ipsos que ad peticionem predicti substituti ad audiendam pronunciacionem in dicto negocio finalem, hoc tamen nominatim & expresse protestato per eundem & reseruato quod dicto Rogero vel alij eius nomine, in termino pronunciacionis huiusmodi comparenti, aliquam non ademit facultatem, per quod decretum suum huiusmodi quin Canonicum, si quod haberet contra prefatos religiosos in prefato negocio quod prefatam pronunciacionem de iure debeat impedire vel differre, proponere libere posset et valeret, ipsam audiret cum effectu sic [proposito][1] & sibi faceret super eodem iusticie complementum, quocunque suo decreto precedente non obstante, ad comparendum coram dicto venerabili patre ipso, aut alio ipsius patris

[1] propositis MS.

in hac parte Commissario, in Eccl. Cathedrali Lincoln' ad proximum diem iuridicum post festum S. Katerine Virginis extunc proxime sequens, vocandos fore decreuit. Deinde iudicio dicti diei in negocio prefato taliter expedito, dictus magister S., in hospicio quo tunc morabatur Stanford, post horam ix^am^, modicum ante horam vesperarum eiusdem diei, prefato Milite, in mei [Notarij] [1] puplici & testium subscriptorum presencia, coram eodem magistro S. tunc personaliter constituto, copias commissionis procuratorij, substitucionis & certificatoriorum predictorum, ac aliorum actorum iudicialium in dicto negocio qualitercunque habitorum, necnon tocius processus in dicto negocio habiti sibi quamplures fieri decreuit, et ad optinendum easdem, diem Mercurij ex tunc proxime sequentem in Eccl. Cathedrali Lincoln' assignauit, qui quidem Miles huiusmodi assignacioni, vt michi videbatur, voluntarie annuens & consenciens, decretum & assignacionem predicta scienter admisit. Acta sunt hec A° . . . [&c.] predictis, in Eccl. S. Martini predicta.

1060.

A. p. 245, b.

[Certificate to the foregoing under the hand of Roger Mundham, Notary Public.]

Subscripcio Notarij puplici super premissis.

Et ego Rogerus de Mundeham, Clericus, Cicestren' diocesis, puplicus auctoritate apostolica Notarius, premissis omnibus & singulis prout suprascribuntur, vna cum dictis testibus, presens interfui, ea que sic fieri vidi & audiui ac scripsi, et in hanc puplicam formam redegi, meo que signo consueto signaui rogatus.

1061.

A. p. 241.

[Before Simon of Islip, Official of Lincoln. Record of a suit by the Prior and Convent of St. Frideswide v. Roger de Noers, for recovery of the Advowson of Churchill. Judgement for plaintiffs.]

[1336.] Sep. 10. [2] . . . euocari, Quibus die & loco, exhibitis coram eodem Pr. & Commissario in prefato negocio iudicialiter cognoscente litteris apostolicis & commissionis dicti venerabilis patris, necnon iij certificatorijs sigillis

[1] Notorij MS. [2] See n. 3, p. 275.

Decanorum Xpianitatis Lincoln', de Norhampton', & Oxon' consignatis, per que [apparuit][1] euidenter [tam dictos][2] Archidiaconum Oxon' & Capitulum Lincoln', nominatim & in specie, quam omnes alios & singulos quorum interesse poterat, in genere, secundum formam predictam ad eosdem diem & locum coram ipso Pr., Commissario vt prefertur, fuisse vocatos, comparente que coram eo, pro dictis Pr. & Con. de S. F., Iohanne de Litelmore, Can. dicte Domus & ipsorum Pr. & Con. Procuratore constituto, sub hac forma tenore presencium :—

Pateat vniu. per pres. quod cum sanctissimus in Xpo pater & dominus, dominus Iohannes, diuina prouidencia Papa xxij^us^, venerabili in Xpo patri domino Lincoln' Episcopo vt Eccl. parochialem de C., dicte Lincoln' diocesis, nobis Pr. & Con. Prioratus S. F. Oxon', dicte Linc' diocesis, per litteras suus apostolicas vniri & in proprios vsus possidendam procuraret & fieri facere demandasset, Nos, religiosi viri Pr. & Con. S. F. Oxon' predicte, ad prosequendum, pro nobis & nomine nostro et dicti Mon. nostri, dictarum vnionis & appropriacionis negocium Eccl. parochialis de C. supradicte, necnon nomine nostro agendum, defendendum, excipiendum, replicandum, ponendum, posicionibus & interrogacionibus respondendum, [testes][3] & instrumenta producendum et exhibendum, & eadem [reprobandum][4], iuramenta que de calumpnia et de veritate dicenda, ac omne aliud genus liciti sacramenti in animas nostras [prestandum][5], prouocandum & appellandum, ac prouocacioni et appellacioni causas prosequendum, alium que Procuratorem loco sui substituendum, et substitutum ab eodem reuocandum, et Procuratoris officium in se reassumendum, ac omnia alia & singula faciendum, extendendum & expediendum que circa premissa seu [aliquod][6] premissorum necessaria fuerint vel opportuna, eciam & si mandatum exigant magnum speciale, & que tenor litterarum apostolicarum nobis, occasione dictarum vnionis & appropriacionis dicte Eccl. parochialis de Churchull', sub Dat. Auinione vj Idus Augusti, Pontificatus nostri A^o^ xvij^o^, in hac parte concessarum exigit & requirit, dilectum nobis in Xpo Fratrem I. de L., dicte Domus nostre Can., Procuratorem nostrum ordinamus, facimus & constituimus per presentes, promittentes nos ratum habituros & gratum quicquid per dictum Procuratorem nostrum, & quemlibet substitutum vel substituendum ab eodem, actum [vel] gestum fuerit seu procuratum in premissis, vel aliquo premissorum. Cauciones insuper iudicio sisti & iudicium solui sub ypoteca rerum nostrarum omnibus quorum interest promittimus & exponimus per presentes. Et in premissorum testimonium sigillum Capituli nostri commune

[133¾, Jan. 8.]

[1] apparuerit MS. [2] quam dictis ib. [3] teste ib. [4] reprobandi ib. [5] prestandi ib. [6] aliquo ib.

presentibus apposuimus. Dat. Oxon' in Capitulo nostro vj Idus Ianuarij, A. D. M°CCC°XXXIIJ°.

Nullo pro dictis Subdecano & Capitulo dicto, [vel][1] domino Archidiacono Oxon', aut alicuius alterius nomine cuius interesse poterit, aliqualiter comparente, ipsis que Subdecano, Capitulo & Archidiacono Oxon', in specie, & omnibus alijs quorum intererat seu interesse poterat, in genere, per eundem Pr. Commissarium vt predicitur contumacibus reputatis, et in penam contumacie huiusmodi, productis per partem Pr. & Con. de S. F. xiij testibus, & ipsis in forma iuris admissis, iuratis, examinatis per eundem Pr. de Burcestr' super contentis in dictis litteris apostolicis, exhibitis que coram eo per partem eandem ad probacionem suggestorum nonnullis litteris, instrumentis & munimentis, dictis que testium predictorum & litteris, instrumentis & munimentis predictis puplicatis, dato que die & assignato per eundem Pr. [de][2] B. dictis Subdecano & Capitulo ac Archidiacano, in specie, & ceteris quorum interesse poterit, in genere, ad [dicendum][3] in dictos testes & dicta eorum ac litteras, instrumenta & munimenta predicta, nichil que dicto in termino huiusmodi, set oblatis per quendam dominum Rogerum de Nowers, cuius vt dicebat interfuit in hac parte, litteris venerabilis patris predicti reuocacionem commissionis dicto domino Pr. de B. & nouam commissionem nobis Simoni de Islep', officiali Lincoln', factam per eundem venerabilem patrem sub hac forma [seriosius continentibus][4]:—

1335. [June 8.] Henricus, permissione diuina Lincoln' Episcopus, dilecto in Xpo fil. magistro Simoni de Islep', Officiali nostro, Salutem, graciam & benediccionem. Ad inquirendum super veritate suggestorum in litteris apostolicis super appropriacione & annexione Eccl. parochialis de Chirchehull', nostre diocesis, religiosis viris Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon', dicte nostre diocesis, auctoritate apostolica facienda contentorum, & in eo euentu, si ipsa omnia & singula veritati fuisse & esse obnixa comperitis, eandem Eccl. predictis Pr. & Con. & eorum Mon. auctoritate predicta annectendam & vniendam, & cetera facienda & expedienda que in dictis litteris apostolicis fieri demandantur, forma in eisdem litteris apostolicis contenta diligenter obseruata, seruato tamen processu legitimo coram Commissarijs nostris aut Commissario in hac parte habito, vobis, secundum vim, formam & effectum sepedictarum litterarum apostolicarum, vices nostras, donec eas ad nos duximus reuocandas, committimus, cum cohercionis Canonice potestate, mandantes quatinus nos de facto vestro certificetis tempore opportuno, commissionem eciam quamcunque Pr. Domus de Burcestr' in hac parte per nos factam certis de causis & legitimis expresse

[1] ve MS. [2] idem ib. [3] dicendos ib. [4] seriosious continentes ib.

reuocantes. Dat. apud Ebor vj Idus Iunij, A. D. M°CCC°XXXV° et Consecracionis nostre XV°.

Transmisso que nobis plene dicto processu, necnon exhibitis & productis huiusmodi, dictis que Subdecano & Capitulo, Archidiacono Oxon' ac domino R. de N., Milite, in specie, & omnibus alijs quibus interesse poterit, in genere, ad dicendum in testes predictos et eorum dicta, necnon litteras, instrumenta & munimenta exhibita in hac parte, ad plures locos & dies successiuos, coram nobis euocatis & minime comparentibus, & ipsis omnibus per nos contumacibus reputatis, preclusa que eis omnibus & singulis per nos via quicquam vlterius dicendi in testes predictos aut dicta, dictas ve litteras, instrumenta aut munimenta predicta, in penam contumacie huiusmodi, ipsis que predictis Subdecano & Capitulo, Archidiacono & domino R., Milite, in specie, ac omnibus alijs, in genere, ad audiendam pronunciacionem nostram finalem in dicte appropriacionis seu vnionis negocio, necnon ex habundanti ad proponendum & dicendum de iure suo, si voluerint, ad certos diem & locum coram nobis euocatis, eisdem que die & loco parte dicti R. de N., Militis, comparente coram nobis, & quandam proposicionem contra appropriacionem huiusmodi faciendam, racione sui interesse vt dicebat, iudicialiter proponente, cuius tenor talis est:—

In Dei nomine. Amen. Cum dominus R. de N., Miles, ad proponendum quicquid pro se proponere voluisset quare Eccl. parochialis de C., Lincoln' diocesis, religiosis viris Pr. & Con. S. F. Oxon' ac eorum Mon. annecti & [vniri][1] minime debeat, coram vobis discreto viro magistro Simone de Islep, Officiali Lincoln', venerabilis patris domini Henrici, D. G. Lincoln' Episcopi, vnici a sede apostolica vt dicitur [deputati][2], in negocio vnionis pretacte Eccl. Commissarium vos esse pretendentibus, ad certos diem & locum euocatus existat, Ego, Procurator dicti domini R., huiusmodi die & loco in mandato vestro prescripto contentis coram vobis prefato magistro S. sufficienter in hac parte comparentis, contra prefatos religiosos, dicte Eccl. veros patronos falso se asserentes, ac eorum impetracionem & officium vestrum pretensum in hac parte, si que fuerint, nomine procuratorio, pro eodem domino R., Milite, domino meo, excipiendo, peremptorie dico & propono quod cum idem dominus R., Miles, & dominus de C. predicta, ac eiusdem predecessores, qui pro tempore domini fuerant ipsius ville de Chirchehull', temporibus eorundem successiue fuerint dicte Eccl. parochialis de C. veri patroni laici, et ad huc fuerit & sit idem dominus R. laicus dicte Eccl. verus patronus, dicti que domini in possessione presentandi ad eandem Eccl., cum vacauerit eorundem temporibus, bona fide extitissent a tempore & per tempus cuius con-

[1] vnire MS. [2] deputate ib.

trarij memoria non existit, et ad huc existat idem dominus R. in presenti, ad quorum quidem dominorum presentacionem, quociens & quum dicta vacauerat Eccl., presentati ab eisdem dominis ad dictam Eccl. per loci Diocesanum legitime admissi extiterant et in eadem Canonice instituti, de cuius quidem Eccl. presentacione ad laicum patronum, vt premittitur, spectante in litteris apostolicis per dictos religiosos, vt dicitur, in hac parte impetratis nulla omnino facta est mencio, quam si dicti religiosi in impeticione sua huiusmodi, si que fuerit, expressissent, litteras huiusmodi apostolicas a dicta sede nullatenus impetrassent, que omnia & singula puplica sunt & notoria in partibus de Chirchehull' & locis vicinis, propter quod, [doctis][1] primitus de premissis vel eorum aliquibus que sufficere debeant in hac parte, non est ad vnionem, annexionem, seu appropriacionem ipsius Eccl. de Chirchehull' dictis religiosis, prout suggeritur faciendam, aliqualiter per vos in hac parte procedendum de iure, set sunt dicti religiosi ab effectu litterarum huiusmodi apostolicarum super appropriacione huiusmodi, vt premittitur, facienda, tacita veritate & suggesta falsitate, a sede predicta impetratarum, si que fuerint, penitus excludendi, & a prosecucione earundem merito repellendi, quod modo nomine procuratorio fieri peto cum effectu ego Procurator predictus. Premissa propono ego Procurator predictus, nomine quo supra, coniunctim seu diuisim, offerens me eadem in toto vel in parte, quatenus in facto consistunt & iura me artant, legitime probaturum cum effectu, iuris beneficio semper saluo.

Nullo que pro dictis Subdecano, Capitulo, aut alio cuius in hac parte poterat interesse, coram nobis comparente, singulis que sic [vocatis][2], tam in genere quam in specie, minime comparentibus, per nos contumacibus reputatis, eis preclusimus viam in dicto negocio, seu pro iure suo, quicquid vlterius proponendi, prefata que proposicione per partem dicti domini R., vt premittitur, proposita demum per nos sub certa forma admissa, pars eiusdem domini R. nullas omnino probaciones super eam adducere, nec ipsam effectu aliter prosequi curauit, licet ad id dilaciones & terminos sufficientes habuisset, vnde ipsam excepcionem, tanquam sic non probatam nec eciam prosecutam, in penam contumacie dicti domini R. coram nobis minime comparentis, ipso primitus per nos contumace reputato, reiecimus per decretum, & ad pronunciacionem nostram finalem in dicto negocio decreuimus fore procedendum, & processimus in hunc modum :—

In Dei nomine. Amen. Quia, examinato per nos dicto processu diligencius & rimato per exhibita et producta per partem dictorum religiosorum Pr. & Con. S. F. Oxon' in hac parte, inuenimus omnia & singula suggesta in dictis litteris apostolicis contenta fuisse & esse

[1] docto MS. [2] vacatis ib.

veritati obnixa, nichil que Canonicum quo minus prefata Eccl. dictis religiosis & eorum Prioratui appropriari valeat aliqualiter obuiare, prefatam parochialem Eccl. de C., cum omnibus suis iuribus & pert. vniuersis, dictis Pr. & Con. de S. F. & eorum Prioratui, auctoritate apostolica predicta et commissionis nobis facte, imperpetuum vnimus, ipsam que in proprios vsus dictorum religiosorum concedimus possidendam. Damus que eisdem religiosis licenciam quod, Rectore dicte Eccl. de C. qui nunc est cedente vel decedente, possessionem ipsius Eccl. per se, alium vel alios, auctoritate propria apprehendere valeant & tenere, fructus que ipsius in vsus suos proprios conuertere, venerabilis patris Episcopi Lincoln', loci Diocesani, Archidiaconi Oxon' alterius que cuiuscunque licencia minime requisita. Reseruamus tamen expresse de ipsius Eccl. prouenientibus perpetuo Vicario qui curam huiusmodi parochie debeat exercere congruam porcionem, de qua valeat commode sustentari, iura Episcopalia soluere, & alia incumbencia sibi onera supportare, quam quidem porcionem secundum arbitrium dicti domini Lincoln' Episcopi taxandam & moderandam & augendam sub viribus dicte vnionis includi volumus, set ab ea palam deducimus & expresse sub ea nullatenus complexuri [1], non obstantibus omnibus & singulis obstancijs contentis in litteris apostolicis supradictis, saluis eciam in omnibus superius non expressis iuribus & consuetudinibus Episcopalibus & Lincoln' Eccl. dignitate. In cuius rei testimonium, &c. Act. & dat. per dictum dominum Officialem Lincoln' in Eccl. Cathedrali Lincoln' A. D. M°CCC°XXXVIJ° [2], Mensis Septembris x° die, Indiccione iiij^ta, Pontificatus sanctissimi patris domini Benedicti, diuina prouidencia Pape xij, A° ij° &c.

1062.

A. p. 243, b.

[Attestation of the foregoing under the hand of Ralph de Strubby, Notary Public.]

Sequitur subscripcio Notarij de actis & processibus predictis.

Et ego Radulphus, [f.] Iohannis de Strubby, Clericus, Lincoln' diocesis, puplicus auctoritate apostolica Notarius, prefate sentencie seu pronunciacionis prolacioni, dicte excepcionis reieccioni, contumacie reputacioni & ceteris omnibus & singulis coram dicto magistro Simone, Officiali Lincoln' & Commissario predicto, actis, habitis & gestis, vna cum testibus subscriptis, presens interfui, ea que omnia &

[1] sic MS. [2] Both the Indiction and the year of the Pontificate point to 1336 as the true date.

singula sic fieri vidi & audiui, [ac][1] scripsi, signo que meo & nomine consuetis signaui, rogatus in testimonium veritatis.

1063.

A. p. 244.

[Charter of the Sub-Dean and Chapter of Lincoln confirming the above.]

1339. [April 3.] *Confirmacio Subdecani & Capituli Lincoln' super appropriacione Eccl. memorate de C.*

VNIUERSIS . . . [&c.] Subdecanus et Capitulum Eccl. Lincoln', Decanatu eiusdem vacante, Salutem in omnium Saluatore. Nouerit vniuersitas vestra nos litteras reuerendi viri magistri Simonis de Islep, Officialis Lincoln', sigillo Officij sui ac subscripcione & signo magistri Radulphi de [Strubbi][2], publici auctoritate apostolica Notarij, consignatas recepisse & diligenter inspexisse, tenorem qui sequitur continentes:—

Vniu. S. Matr. Eccl. fil., &c., vt supra in processu memorato, vsque Dat., &c.

Nos autem, Subdecanus et Capitulum predicti, premissa omnia per nos diligenter inspecta diligencius ponderantes, vnionem & appropriacionem dicte Eccl. parochialis de C. prefatis religiosis viris Pr. & Con. de S. F. et eorum Prioratui per dictum magistrum S. auctoritate apostolica factas, quantum in nobis est & ad [nos] attinet, ratas habentes & gratas atque firmas, ipsas, pro nobis & successoribus nostris, premisso super hoc tractatu diligenti & solempni, de vnanimi consensu nostro & assensu, approbamus, ratificamus & confirmamus per presentes, quas sigilli nostri communis appensione fecimus communiri. Dat. Lincoln' in Capitulo nostro iij Nonas Aprilis, A. D. M°CCC°XXXIX°.

Tenor subscripcionis Notarij de qua supra fit mencio patet in hec verba.

Et ego Radulphus [f.] Iohannis de Strubby, Clericus, Lincoln' diocesis, auctoritate apostolica Notarius, prefate sentencie seu pronunciacionis suprascripte prolacioni, contumacie reputacioni & dicte excepcionis reieccioni, annexioni & vnioni supradictis, ceteris que omnibus & singulis per eundem magistrum Simonem, Officialem Lincoln' & Commissarium predictum, dicto die x° Mensis Septembris actis, habitis & gestis, vna cum testibus suprascriptis & alijs, presens interfui, ea que sic, vt premittitur, fieri vidi & audiui, signum officij mei & nomen consueta presentibus apposui, rogatus in fidem & testimonium premissorum.

[1] hic me MS. [2] Strulli ib.

1064.

A. p. 245, b.

[Regulation of the stipend of the Vicar of Churchill by Simon of Islip, Vicar-General of Lincoln, in the absence of the Bishop.]

Ordinacio Vicarie Eccl. de C. predicte per Simonem de Islep, Officialem Lincoln', ibidem facta. 1340. [Oct. 23.]

In Dei nomine. Amen. Nos Simon de Islep, Can. Eccl. Lincoln', venerabilis patris domini Henrici, D. G. Lincoln' Episcopi, ipso in remotis agente, Vicarius generalis, Vicariam in Eccl. de C., Lincoln' diocesis, religiosis viris Pr. & Con. Domus S. F. Oxon' auctoritate apostolica appropriatam, ordinamus in hunc modum:—

Consistit autem Vicaria predicta in x libris argenti, [soluendis][1] Vicario qui pro tempore fuerit ad ij anni terminos, scilt. ad festa Pasch' & S. Michaelis per equales porciones. Ad solucionem plene & fideliter dictis terminis faciendam Nos S. de I., Vicarius predictus, vos Pr. & Con. predictos, iuxta confessionem vestram & consensum coram nobis ex certa sciencia & causa predicta iudicialiter emissos, per precepti sentenciam condempnamus. Quociens vero in solucione alicuius termini predicti, quod absit, defeceritis, vos Pr. & Con. predictos, iuxta confessionem vestram de consensu vestro expresso, in xls. sterlingorum, fabrice Matris Eccl. Lincoln' tociens applicandorum, per precepti sentenciam eciam condempnamus. Et liceat nichillominus Vicario ex [presenti][2] ordinacione, auctoritate propria, absque aliquo ordine iudiciario, monicione vel processu, statim post cessacionem solucionis alicuius termini supradicti, ipso termino elapso, omnes minores decimas, necnon oblaciones, fructus & prouentus quoscunque ad dictam Eccl. prouenientes, maioribus duntaxat exceptis, realiter & effectualiter colligere, occupare & ad vsum suum ex causa predicta retinere, absque aliqua dictorum religiosorum contradiccione, vel molestia, vel impeticione iudicialiter facienda, quousque eidem Vicario de arreragijs suis, vna cum dampnis que sustinebit racione non solucionis huiusmodi, secundum bonam fidem, sua voce propria declarandam, plene & integraliter fuerit satisfactum. Teneatur [eciam][3] dictus Vicarius bona fide dictos prouentus fideliter colligere et de perceptis agnoscere veritatem. Habebit eciam dictus Vicarius de manso Rectorie quantum sibi & familie sue in rebus & animalibus suis fuerit necessarium, secundum discrecionem dicti venerabilis

[1] soluendo MS. [2] precenti ib. [3] cum ib.

patris aut sui Vicarij, quousque de manso competenti et honesto ac edificijs dicte Vicarie competentibus et honestis sibi per dictos religiosos prouisum fuerit, eorundem religiosorum sumptibus & expensis. Habebit eciam dictus Vicarius v acras terre arabilis in vno campo & v in alio, cum prato ad easdem pro rata pertinente. Et soluet dictus Vicarius Sinodalia, & procurabit Archidiaconum. Omnia vero alia onera ordinaria & extra ordinaria dicti religiosi [subibunt][1] et agnoscent. Presentem vero fecimus ordinacionem de consensu dictorum Pr. et Con., reseruantes ex habundanti specialiter & expresse dicto venerabili patri, cum redierit, potestatem ipsam mutandi & reprobandi, si voluerit, necnon approbandi, corrigendi, minuendi & declarandi, si quid reprobum, obscurum, diminutum vel erronium in eadem contigerit reperiri. In cuius rei testimonium sigillum dicti patris, quo de mandato suo vtimur in hoc Officio, presentibus est appensum. Dat. Lincoln' x. Kal. Nouembris, A. D. M°CCCXL°.

1065.

A. p. 248.

[Record of proceedings in an unfinished suit, Sir John Noers v. the Prior and Convent of St. Frideswide, respecting the Advowson of Churchill.]

[1371.] Michaelmas Term.

Transcriptum recordi cuiusdam assise vltime presentacionis prosecute per Iohannem de Nowers, Militem, contra Eccl. S. F., A° regni Regis E. iij^i. xlv°, de termino Michaelis Rotulo cclij°, cuius quidem processus ibidem pendet discontinuatus, vt patet inferius. Oxon'.

Assisa venit recognoscere quis aduocatus tempore pacis presentauit vltimam Personam, que mortua est, ad Eccl. de Chirchehull', que vacat vt dicitur, & cuius Aduocacionem Iohannes Noers, Shiualer, dicit ad se pertinere, quam quidem Aduocacionem Pr. Eccl. S. F. Oxon' ei deforciat, &c. Et modo venit tam predictus Pr., per Ricardum Heryng' Attornatum suum, quam predictus I. Nowers, per Henricum Broun Attornatum suum. Et idem I. dicit quod Rogerus Nowers, pater suus, cuius heres ipse est, fuit seisitus de Aduocacione Eccl. predicte de C., vt de feodo & iure, tempore pacis, tempore domini Regis nunc, & ad Eccl. illam presentauit vltimam Personam, que mortua est, scilt. quendam Rogerum Foliot, Clericum suum, qui ad presentacionem suam fuit admissus & institutus, &c., tempore pacis, tempore eiusdem domini Regis nunc, & ante ipsum R. quidam Willelmus de Belton' fuit seisitus de Manerio de C. [cum][2] pert.,

[1] subeant MS. [2] per ib.

ad quod Aduocacio Eccl. predicte pertinet, in dominico suo, vt de feodo & iure, tempore pacis, tempore H. Regis, proaui domini Regis nunc, et ad Eccl. predictam presentauit quendam Willelmum f. Iohannis, qui ad presentacionem suam fuit admissus et institutus, &c., tempore pacis, tempore eiusdem H. Regis, proaui, &c., qui quidem W. de B., per finem in Curia dicti Regis H., proaui, &c., leuatum, concessit & reddidit Manerium predictum cum pert., ad quod, &c., cuidam Rogero, vt f. et heredi, &c. Et de ipso Rogero descendit ius, &c., cuidam Rogero vt f. & heredi, &c. Et de ipso Rogero descendit ius, &c., isti Iohanni, qui nunc queritur, vt f. & heredi, &c. Et petit quod procedatur ad capacionem assise, &c. Et predictus Pr. dicit quod ipse tenet Eccl. predictam de C., vt appropriatam sibi & successoribus suis & Eccl. sue predicte, et sic dicit quod Eccl. predicta de C. est plena & consulta de ipso Pr., vt de Aduocacione sua propria, & fuit diebus & annis ante diem impetracionis breuis, &c., scilt. x diem Septembris, A° regni domini Regis nunc xlv° [1371], vnde petit iudicium de breui. Et ad deseruiendum Curie &c., predictus Pr. non cognouit talliam predictam [1], et dicit quod tempore Regis H., proaui domini Regis nunc, quidam Philippus, tunc Pr. S. F. Oxon', predecessor predicti nunc Pr., fuit seisitus de j hida terre cum pert. in C., et de Aduocacione predicte Eccl. de C., vt appendente eidem hide, & terram illam tenuit de quodam Nicholao f. Henrici, vt in liberam elemosinam, sibi & successoribus suis imperpetuum, qui quidem P., predecessor, &c. presentauit ad Eccl. predictam quendam Iohannem de Oxenford, Clericum suum, qui ad presentacionem suam fuit admissus et institutus tempore pacis, tempore eiusdem Regis H., proaui, &c. Qui quidem P., quondam Pr., & successores sui statum illum de hida predicta et de Aduocacione predicta, tanquam appendente, &c., continuarunt vsque annum domini Regis nunc Anglie iiij^tum^ [1330–1], quo tempore dominus Rex nunc per cartam [2] suam concessit & licenciam dedit, pro se & heredibus suis, tunc Pr. & Con. S. F. Oxon' quod ipsi Eccl. predictam de C. appropriare, & eam appropriatam in proprios vsus tenere possent, sibi & successoribus suis imperpetuum, sine occasione vel impedimento ipsius domini Regis, vel heredum suorum, aut Ministrorum suorum quorumcunque, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, virtute cuius carte de licencia, aceciam virtute litterarum domini Iohannis tunc Pape, per processum inde modo legitimo factum, vocatis que in ea parte vocandis, Henricus, tunc Episcopus Lincoln', loci illius Diocesanus, assensu tunc Decani & Capituli Eccl. Lincoln',

[1] Must be covered by some of the previous &c.'s. [2] No. 1058*.

& Archidiaconi Oxon', ac aliorum quorum interfuit, predictus H., nuper Episcopus &c., Eccl. predictam de C. Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Pr. & Con. qui tunc fuerunt et successoribus suis appropriauit, connectuit & [vinxit][1] imperpetuum possidendam. Et sic dicit quod proximus predescssor ipsius nunc Pr. & idem nunc Pr., post dictam appropriacionem Eccl. predicte, seisiti fuerunt de Eccl. predicta, vt de Aduocacione propria in forma predicta, viz. x annis in vita predicti R., patris predicti I. de N., & xx annis in vita eiusdem I. N. Et profert hic in Curia predictam cartam domini Regis nunc de licencia, necnon litteras Simonis de Islep, tunc [Officialis][2] predicti H., nuper Episcopi, &c., litteras domini Pape predicti, ac alias litteras eorum quorum interfuit in ea parte ad appropriacionem predictam faciendam premissa testificantes, cuius quidem carte de licencia Dat. est apud Wodestok vj° die Iunij, A° regni domini Regis nunc iiij° [1330]. Et predictus I. N. dicit quod in sua declaracione ipse allegat qualiter predictus W. de B., seisitus de predicto Manerio de C., ad quod [Aduocacio][3] Eccl. predicte de C. pertinet, tempore predicti Regis H., proaui domini Regis nunc, vt de feodo & Manerio [predicto][4] cum pert., per finem in Curia ipsius Regis H., proaui, &c., leuatum, concessit et reddidit predicto R. N., proauo ipsius I. N., et heredibus de corpore ipsius R. exeuntibus, cui R. idem I. est heres in tallia predicta, prout superius declaratur. Et vbi predictus Pr. allegat [quod][5] quidam Philippus, predecessor suus, fuit seisitus de j hida terre in predicta villa de C. tempore predicti Regis H., proaui, &c., quod Aduocacio Eccl. predicte de C. tunc fuit appendens ad predictam hidam terre, dicit quod eodem tempore Aduocacio Eccl. illius fuit appendens ad Manerium predictum, absque hoc quod Aduocacio illa umquam fuit appendens ad predictam terram, & hoc paratus est verificare, si, &c. Et vbi vlterius allegat quod appropriacio Eccl. predicte facta fuit tempore domini Regis nunc, scilt. A° regni sui iiij^to^, dicit quod appropriacio illa facta fuit tempore predicti R., patris ipsius I., qui nichil habuit in Manerio predicto nisi in tallia, et ex quo idem I. allegat quod Aduocacio Eccl. predicte de C. fuit appendens predicto Manerio tempore predicti Regis H., proaui, &c., absque hoc quod Aduocacio illa umquam fuit appendens ad predictam hidam terre, quod ipse paratus [est] verificare, si, &c. quod Manerium cum suis pert. predictus W. de B., per finem, &c., concessit & reddidit predicto R. de N., proauo, &c. tempore predicti Regis H., proaui, &c., Habendum . . . [&c.] eidem R. & heredibus de corpore suo exeuntibus imperpetuum, de quo Manerio predictus I. N. ad huc seisitus est, vt heres in tallia, &

[1] vinit MS. [2] efficit ib. [3] Aduocacione ib. [4] predictum ib. [5] qui ib.

appropriacio quam predictus Pr. allegat facta fuit tempore predicti R., patris ipsius I., qui nichil habuit nisi in tallia in Manerio predicto, in quo casu aliud recuperare non datur pro predicto I. nisi huiusmodi breue de vltima presentacione, vnde petit iudicium, si propter huiusmodi appropriacionem, factam tempore predicti R. de N., patris sui, &c., qui nichil habuit in Manerio predicto nisi in feodo tallato, breue suum cassari debeat. Et petit assisam, &c. Et super hoc dies datus [est] partibus predictis per predictos Attornatos suos hic in Octabis S. Hillarij [January 20], in statu quo nunc, &c. Et Vicecomes habeat corpora tunc recognitorum, &c.

1066.

A. p. 246.

[Charter of Edward III recording institutions of Rectors of Churchill on the presentation of the Prior and Convent of St. Frideswide, as certified by John Bishop of Lincoln.]

Exemplificacio cuiusdam recordi de Registris Episcoporum Lincoln', de admissionibus & institucionibus Rectorum Eccl. de C. assumpti, & per Episcopum Lincoln' virtute breuis domini Regis in Cancellariam eiusdem domini Regis retornati. [137½.] Feb. 4.

Edwardus, D. G. Rex Anglie & Francie & dominus Hibernie, Omn. ad quos . . . [&c.] Salutem. Inspeximus quandam certificacionem venerabilis patris Iohannis, Episcopi Lincoln', in Cancellaria nostra de mandato nostro missam, in hec verba :—

Excellentissimo in Xpo principi & domino nostro domino Edwardo, D. G. Regi Anglie . . . [&c.], Iohannes, permissione diuina Linc' Episcopus, Salutem [in Eo] per quem Reges regnant & Principes dominantur. Breue [excellentis][1] magestatis vestre presentibus annexum v° die Ianuarij recepimus, cuius tenorem effectualiter attendentes Registra [nostra][2] & predecessorum nostrorum, iuxta formam vim & effectum eiusdem, diligenter fecimus perscrutari, in quibus siquidem et Archiuis nostris de institucionibus Ecclesiarum de temporibus venerabilium patrum, dominorum Roberti, Ricardi & Oliueri, predecessorum nostrorum, instituciones infrascriptas de Eccl. de Cercell', alias dicta Cherchehull', nostre diocesis, in forma que sequitur, de verbo ad verbum, non rasas, non abolitas, set sanas & integras in eisdem per ipsos predecessores nostros successiue factas comperimus contineri. Tenor institucionis tempore Roberti, predecessoris nostri, talis est:—Iohannes, Decanus Oxon', Capellanus, presentatus per Pr. et Con. S. F. Oxon' ad Eccl. de Cercell', facta prius inquisicione [137½.] Jan. 5.

[2] excellencie MS. [3] vestra ib.

per A. Archidiaconum Oxon', per quam, &c. ad eandem admissus est et in ea sub pena consilij Canonice personaliter institutus, & mandatum eidem Archidiacono vt, &c. Tenor institucionis de tempore domini Ricardi, predecessoris nostri predicti, noscitur esse talis:—Magister Ricardus de S. F., Subdiaconus, presentatus per Pr. & Con. S. F. Oxon' ad Eccl. de Churhell', vacantem per mortem Ricardi, vltimi Rectoris eiusdem, facta prius inquisicione per I. Officialem Archidiaconi Oxon', per quam acceptum est, &c., visa que sub sigillo Episcopi dispensacione dicti magistri super pluralitate beneficiorum, ad dictam Eccl. est admissus xiij Kal. Marcij, A° pontificatus sui xx°, ac Domini M°CC°LXXVIJ° [February 17, 127$\frac{7}{8}$] apud Lydyngton', & in persona Willelmi de S. F., Clerici, Procuratoris ipsius Rectoris, Canonice institutus est, secundum formam institucionis consilij Lugdunensis, repromissa que, nomine domini sui, Episcopo obediencia Canonica, scriptum fuit dicto Officiali quod ipsum, &c. Tenor vero institucionis domini Oliueri, predecessoris nostri predicti, sequitur in hec verba:—Oliuerus de Sutton', Capellanus, presentatus per Pr. & Can. S. F. Oxon' ad Eccl. de Cercell', vacantem per hoc quod magister Ricardus de S. F., vltimus Rector eiusdem, Archidiaconatum Buckyng' titulo institucionis admisit, facta prius inquisicione per S. Archidiaconum Oxon', per quam, &c., data que eidem Oliuero Commenda dicte Eccl. vsque ad vj menses, prout in rotulo custodiarum continetur, demum infra vj menses predictos ad dictam Eccl. est admissus viij Kal. Februarij, A° pontificatus sui xj°, Domini vero M°CC°XC° [January 25, 129$\frac{0}{1}$] apud Woburn', & Rector institutus Canonice in eadem, iurauit que Canonicam obedienciam in forma consueta, [et] scriptum [fuit] dicto Archidiacono vel eius Officiali quod ipsum, &c. In quorum quidem scrutacionis et comparacionis testimonium, vigore breuis vestri nobis transmissi, pro plena veritate premissorum [seruanda][1] sigillum nostrum presentibus fecimus apponi. Dat. apud [Parcum[2]] Stowe[3] v° die Ianuarij antedicto, A. D. M°CCC°LXXJ et nostre consecrationis ix°.

Inspeximus insuper quandam aliam certificacionem eiusdem Episcopi in Cancellaria nostra de mandato nostro similiter missam, in hec verba:—

[137½.] Jan. 26. Excellentissimo principi & domino nostro, domino Edwardo, D. G. Regi Anglie . . . [&c.], Iohannes, permissione diuina Linc' Episcopus, Salutem in Eo . . . [&c.]. Breue vestre regie magestatis presentibus annexum recepimus, vigore cuius Registra nostra & predecessorum nostrorum, necnon memoranda in Archiuis & Thesaurario Eccl. nostre

[1] eruenda MS. [2] Pareum ib. [3] Stow Park, 7½ m. S.E. of Gainsborough, was an ancient seat of the Bishops of Lincoln.

Lincoln', scrutari fecimus diligenter, In quibus siquidem Archiuis & Thesaurario Eccl. nostre Lincoln' predicte est compertum quod Rogerus Foliot, nuper Persona Eccl. de Chirchehull', nostre diocesis, ad eandem Eccl., ad presentacionem religiosorum Pr. & Con. S. F. Oxon' & nullius alterius, per Pr. de Norton', nostre diocesis, pro tunc Commissario bone memorie domini Henrici predecessoris nostri, extitit admissus, & Rector in eadem institutus Canonice & inductus, prout in litteris ipsius Pr. infrascriptis plenius continetur. Quarum litterarum tenor prime sequitur in hec verba:—Vniuersis . . . [&c.] Pr. de Norton', Lincoln' diocesis, Salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra nos mandatum in Xpo patris venerabilis ac domini, domini Henrici, D. G. Lincoln' Episcopi, recepisse sub eo qui sequitur tenore:—Henricus, permissione diuina Lincoln' Episcopus, dilectis in Xpo fil. Abbati de Eynesham & Pr. de Norton' Salutem, graciam & benediccionem. Cum Pr. & Con. S. F. Oxon' Rogerum Foliot ad Eccl. de Chirchehull', vacantem vt dicitur, hactenus presentarunt, & ad eorum presentacionem de vacacione dicte Eccl. & alijs articulis in hac parte Officiali Archidiaconi Oxon' mandauimus inquiriri, ad [recipiendum][1] inquisicionis in hac parte facte [certificacionem][2], ac ad examinandum, &, si nichil de Canonicis institutis eidem presentato inueneritis obuiare, eundem in forma iuris ad dictam Eccl. admittendum, ac Canonice instituendum, ac in realem possessionem et corporalem per vos, seu alios vel alium, inducendum, cetera que faciendum & expediendum in hac parte quod est iustum, iuris cuiusquam in offenso, vobis coniunctim & diuisim vices nostras committimus, cum Canonice cohercionis potestate. Quid autem in premissis feceritis nobis pro opportunis loco & tempore certificetis per vestras litteras patentes harum seriem continentes. Dat. apud Dorcacestr' xiiij Kal. Maij [April 18], A. D. M°CCC°XXXIX°. Auctoritate igitur cuius mandati, [certificacione][3] inquisicionis de vacacione dicte Eccl. ac alijs articulis in hac parte consuetis per dictum Officialem Archidiaconi Oxon' per nos receptis ac diligenter examinatis, pro predicto R. ac vacacione dicte Eccl. sufficienter faciente, quia inuenimus dicto R. nichil de Canonicis institutis obuiare quominus ad dictam Eccl. admitti debeat, & Rector institui in eadem, Nos, auctoritate nobis in hac parte commissa, dictum R. ad dictam Eccl. admisimus in forma iuris, ac eundem Canonice instituimus in eadem, ipsum que sic admissum, & Rectorem in eadem institutum, in realem ac corporalem possessionem dicte Eccl., iurium ac pert. eiusdem induximus, iuris cuiusquam in offenso. Dat. apud C. x Kal. Maij, A. D. supradicto [April 22, 1339]. Et quia sigillum nostrum

[1] recepiendum MS. [2] certificatore ib. [3] certificator ib.

pluribus est incognitum, sigillum officij Officialitatis domini Archidiaconi Oxon' ad rogatum nostrum & dicti R. presentibus est appensum. Et ego, Officialis domini Archidiaconi supradicti, sigillum officij mei, viz. Officialitatis eiusdem, ad requisicionem & specialem rogatum dicti Commissarij & R. F. Rectoris supradicti, presentibus apposui in testimonium premissorum. Alterius vero littere tenor talis est:—Pr. de Norton', venerabilis patris ac domini, domini Henrici, D. G. Lincoln' Episcopi, ad recipiendum & examinandum inquisicionem de vacacione Eccl. de C. ac alijs articulis in hac parte consuetis, per Officialem Archidiaconi Oxon' ad mandatum dicti patris [factam] [1] certificatorie, ac R. F., per religiosos viros Pr. & Con. S. F. Oxon' ad dictam Eccl. presentatum, si nichil de Canonicis institutis dicto R. presentari obuiauerit, ad dictam Eccl. admittendum, & in eadem eundem Rectorem Canonice instituendum, et in corporalem possessionem eiusdem Eccl. inducendum, vna cum reuerendo viro Ab. de Eynesham, cum clausura, coniunctim & diuisim, Commissarius deputatus, dilecto suo in Xpo R. F. Salutem in Domino. Ad. Eccl. de Chirchehull' vacantem & ad presentacionem dictorum religiosorum Pr. & Con. S. F. spectantem, auctoritate nobis in hac parte commissa, te ad dictam Eccl. committimus & Rectorem Canonice instituimus in eadem. Dat. apud C. x° Kal. Maij [April 22], A. D. [M°CCC°XXXIX° [2]]. Et quia sigillum nostrum pluribus est incognitum, sigillum Decanatus de Norton', ad rogatum nostrum et dicti R., presentibus est appensum. De admissione, institucione et induccione [Willelmi] [3] f. Iohannis ad eandem Eccl. ad presentacionem Willelmi de Belton' nichil ad huc inuenimus, licet Registra nostra & predecessorum nostrorum ac alia memoranda in Archiuis & Thesaurario Eccl. nostre Lincoln' predicte diligenter fecimus perscrutari. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. apud vetus templum, London' xxvj° die mensis Ianuarij, A. D. M°CCC°LXXJ°, et nostre consecracionis ix°.

Nos autem tenores certificacionum predictarum, ad requisicionem nunc Pr. & Con. S. F., exemplificandum duximus per presentes. Teste, Rege apud Westm' iiij° die Februarij, A° regni nostri Anglie xlvj°, regni vero nostri Francie xxxiij°.

1067.

A. p. 250.

Notandum quod actus & processus coram domino Pr. de Burcestr', Commissario domini Henrici Episcopi Lincoln', circa appropriacionem

[1] facte MS. [2] M°CCC°XXIX° ib. [3] *om.* ib. see No. 1065.

supradicte Eccl. continentur in quodam longo rotulo, sigillo dicti Pr. et signo Notarij puplici consignato, in magno armario in Thesaurario, qui propter prolixitatem hic non inseritur, qui quidem rotulus sic incipit:—

Acta coram nobis Pr. Mon. de Burcestr'[1], Lincoln' diocesis, &c.

1068.

A. p. 250.

[Before John le Wes, Official of the Archdeacon of Oxford. The Prior and Convent of St. Frideswide v. Philip Montgomery, Rector of Sarsden, respecting certain tithes and mortuary fees at Sarsden. Settled by defendant consenting to pay plaintiffs 6*s.* 8*d.* per annum in lieu of them, and a like sum for arrears.]

Et memorandum quod Eccl. de C. supradicta ab antiquitate habere solebat mortuaria omnium & singulorum parochianorum ville de Cerchesden' ibidem in fata decedencium, quorum corpora apud C. vltimum habent vale & sepulturam, vnde predicta Eccl. certam habet in dicta villa porcionem, viz. de dominico eiusdem ville de Serchesden' annuatim ij acras bladi, j de frumento et aliam de auenis, et terciam partem decimarum ouorum, et de qualibet virgata eiusdem ville j trauam. 1375, Nov. 6.

In Dei nomine. Amen. Per [presens][2] puplicum instrumentum cunctis euidenter appareat quod A° ab Incarnacione Domini, secundum cursum & computacionem Eccl. Anglicane, M°CCC°LXXV°, Indiccione xiij^a^, pontificatus in Xpo patris & domini nostri domini Gregorij, diuina prouidencia Pape xj, A° v°, mensis Nouembris die vj^a^, in Eccl. parochiali de Chadlinton'[3], Lincoln' diocesis, coram venerabili & discreto viro magistro Iohanne le Wes, tunc domini Archidiaconi Oxon' Officiali, in quodam Capitulo per eundem eodem die celebrato pro tribunali sedente, in mei Notarij puplici infrascripti & testium eciam subscriptorum presencia personaliter constituti, discreti viri dominus Iohannes de Rial, Can. Mon. S. F. Oxon', ordinis S. Augustini, Lincoln' diocesis, Procurator, vt asseruit, Pr. & Con. dicti Mon., ex parte vna, & quidam magister Philippus Mountgomery, Rector Eccl. parochialis de Cerchesden'[4], eiusdem Lincoln' diocesis, vt asseruit, ex parte altera, comparuerunt, qui quidem dominus I. R., nomine procuratorio dictorum Pr. & Con., Eccl. parochialem de C., dicte Lincoln' diocesis, in proprios vsus optinencium, contra dictum

[1] The Advowson was adjudged by him to the Prior and Convent of St. Frideswide. K. P. A. i. 149. [2] presente MSS. [3] Chadlington, Oxon, 3 m. E.S.E. of Churchill. [4] Sarsden, Oxon, 2 m. S.E. of Churchill. These parishes are now united in one benefice, Sarsden with Churchill.

P. proposuit & allegauit quod cum dicti Pr. & Con., iam proprietarij dicte Eccl., ac predecessores & precessores, Rectores eiusdem Eccl. de Chirchehull', sunt & fuerunt in pacifica possessione percipiendi de Rectore Eccl. de Circesden qui pro tempore fuit singulis annis ix trauas garbarum, vnde iij de frumento, & iij de ordeo, & alias iij de auenis, & j acram frumenti & aliam acram auenarum de terris dominicis illius ville, et terciam partem decime ouorum paschalium, a tempore et per tempus cuius contrarij memoria hominum non existit, vsque ad tempus dicti P. temporibus successiuis, predictus tamen P. eosdem Pr. & Con., dictam Eccl. de C. in proprios vsus optinentes, quominus poterant percipere dictas porciones de dicta Eccl. de Cerchesden' perturbauit, & eosdem Pr. et Con. de eisdem minus iuste spoliauit, ac huiusmodi spoliacionem, sic per eum factam, & ratam habuit pariter & acceptam. Et licet ad satisfaccionem et congruam restitucionem earundem porcionum ex parte dictorum Pr. & Con. fuerit & sit sepius requisitus, ipse tamen satisfacere de eisdem minime curauit, & renuit, & penitus contradixit, super quibus omnibus & singulis sic per eum propositis in villis de C. & Serchesden' & alijs locis laborauit, vt dixit, puplica vox & fama. Asseruit eciam dictus Procurator quod preter premissa dicta Eccl. de C. fuit & est in pacifica possessione percipiendi de Eccl. de Circhesden' & parochianis ibidem quibuscunque decedentibus mortuaria [omnium][1] quorumcunque parochianorum inibi decedencium, quorum corpora in Cimiterio dicte Eccl. de C. [debent][2] sepeliri, ac eciam omnes oblaciones de huiusmodi sepultura prouenientes dicte Eccl. de C. debent integraliter applicari. Quare, probatis in hac parte probandis, seu alia via declaratis, pecijt Procurator predictus prefatum magistrum P. ad congruam satisfaccionem huiusmodi porcionum decimarum Pr. & Con. supradictis per Iudicem antedictum Canonice compelli, vlterius que fieri & statui in premissis quod ordo dictauerit racionis. Quibus sic propositis, prefatus magister P., post aliqua verba tractatus inter eosdem, talem emisit confessionem, quod ad honorem Dei & S. Matr. Eccl., ac pro bono pacis nutriende, & materea discordie euitanda, pro tempore suo sustinere & subire vellet et agnoscere de soluendo et satisfaciendo eisdem Pr. & Con. singulis annis, ad festum Natiuitatis S. Iohannis Baptiste, pro porcionibus supradictis vj*s*. viij*d*., ad que per ipsum obseruanda coram Officiali supradicto pecijt se condempnari. Et idem I., Procurator antedictus, sub premissis reputauit se, vt dixit, contentum, vnde predictus dominus Officialis, prefati P. spontaneam confessionem sic emissam pro materea litis & discordie in hac parte cedanda secutus, eundem P. in dictam summam vj*s*. viij*d*. prefatis Pr.

[1] Word uncertain MS. [2] debeat ib.

& Con. soluendam termino supradicto per sentenciam precepti condempnauit. Post hec vero qualiter incontinentim idem magister P. pro arreragijs dictarum porcionum eidem Procuratori vj*s*. viij*d*. realiter persoluebat. Super hijs omnibus & singulis dictus Procurator me, Notarium subscriptum, quod sibi puplicum conficerem instrumentum cum instancia requisiuit pariter & rogauit. Acta sunt hec prout supra scribuntur sub A° . . . [&c.] supradictis, presentibus domino Edmundo Cherhull' Capellano, & Ricardo Martin' [Apparitorio][1] Decanatus de Norton' & pluribus alijs Lincoln' diocesis, testibus ad premissa vocatis & rogatis.

Et Ego Thomas Iordan senior, Clericus, Lichefelden' diocesis, puplicus auctoritate apostolica Notarius, dicte confessioni, condempnacioni & dicte pecunie solucioni, ac omnibus alijs & singulis, dum sic vt premittitur agerentur & fierent, sub anno, indiccione, pontificatu, mense, die & loco predictis interfui, vidi & audiui, scripsi & in hanc puplicam formam redegi, signo que meo solito signaui, rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

1069.

O. C. No. 129.

[Regulation of the Vicarage by Henry Bishop of Lincoln.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Henricus, permissione diuina Linc' Episcopus, Salutem in Filio Virginis gloriose. Nouerit vniuersitas vestra quod dominus Willelmus Grom, perpetuus Vicarius Eccl. parochialis de Churchehille, nostre Linc' diocesis, religiosis viris Pr. & Con. Prioratus S. Frideswide Oxon', predicte eciam nostre diocesis, appropriate, nobis notificauit quod Vicaria sua in Eccl. parochie prefate consistit in certa summa pecunie per predictos religiosos viros eidem Vicario ad ij anni terminos persoluenda, quod que magis comodiferum esset eidem Vicario & successoribus suis, vt sibi videtur, pluribus de causis coram nobis tunc per ipsum Vicarium expressatis, quod antedicta Vicaria in decimis & oblacionibus ac alijs obuencionibus, que quasi cotidie ad Eccl. parochie predicte perueniunt, dotata existeret, supplicando nobis vt nouam dotacionem eidem Vicario in premissis faceremus, Frater que Thomas Bradewelle, Pr. Prioratus S. Frideswide predicti, pro se et Con., nobis [asseruit][2] quod graue & onerosum fuit & est sibi & Prioratui suo predicto personales & minutas decimas, oblaciones ac alias obuenciones in prefata Eccl. ab eis multum remota colligere & in pecuniam redigere, ac dictas graues soluciones ante- 1398, Aug. 27.

[1] Apparitorij MS. [2] Word doubtful ib.

dicto Vicario annuatim facere, nos humiliter & deuote, nomine quo supra, supplicando vt illud idem pro quo prefatus Vicarius nos rogauit in releuamen Prioratus sui predicti graciose agere dignaremur. Vnde . . . [1] predictis Can. ac alijs quam pluribus ad id nos mouentibus, de consensu vtriusque partis, expresso ordinamus quod Vicarius sepefatus Eccl. parochie de C., quicunque fuerit, pro tempore suo percipiet de Eccl. parochiali prefata, nomine Vicarie illius Eccl., omnes oblaciones que quater in anno ab omnibus parochianis dicte Eccl. ac . . .[1] Purificacionis B. Marie Virginis, ac eciam que in nupcijs, purificacionibus, sepulturis, eciam a parochianis de Schercheden, & anniuersarijs, nec non que ymaginibus in dicta Eccl. existentibus qualitercunque & quocunque, in cera, pecunia, ouis, aut fructibus, de iure, consuetudine aut sponte offeruntur in eadem, et quartam [partem] Canonicam omnium obuencionum funeralium dictorum parochianorum alibi quam apud C. sepultorum, que de iure siue consuetudine Eccl. parochie debetur, Item omnes decimas vitulorum, agnorum, pullorum, porcellorum, cuniculorum, aucarum, ouorum, Eciam a parochianis de S. lactis, lini, canabi, pomorum, apum, fructuum & omnium huiusmodi de ortis proueniencium, ac molendini domini de C., Omnes eciam decimas imparium & singulorum vellerum que aliter quam in pecunia decimari non solent, Item omnes decimas ex venacionibus, piscarijs, mercatoribus, artificibus & mercionarijs qualitercunque prouenientes, Item omnia mortuaria, eciam a parochianis de S. predicte, inanimata et animata, nisi quando solucio huiusmodi mortuarij in equo vel bove existeret facienda, omni fraude cessante. Habebit eciam prefatus Vicarius, & successores sui futuris temporibus habebunt, mansum quem nunc prefatus Vicarius habet, quousque de alio manso competenti & honesto ac alijs edificijs prefato Vicario competentibus & honestis sibi per dictos religiosos prouisum fuerit, Ac eciam x acras terre arabilis, viz. v acras terre in vno campo & v in alio, cum prato ad easdem pro rata pertinenti, quas x acras terre cum prato, vt premittitur, ipse Vicarius nunc habet & predecessores sui habuerunt. Et futuris temporibus soluet Vicarius sepedicte Eccl. parochie [de C.] qui pro tempore fuerit Sinodalia, & procurabit Archidiaconum, ac eciam subibit onus quod antea subibant prefati religiosi in cera, thure, pane & vino in prefata Eccl. Omnia vero alia [onera] ordinaria & extraordinaria religiosi viri [subibunt][2], & agnoscent. Presentem ordinacionem de expresso dictorum religiosorum virorum & Vicarij consensu, vt premittitur, fecimus, reseruantes eciam nobis ex habundanti & successoribus nostris potestatem ipsam mutandi, corrigendi, addendi, diminuendi & eciam [declarandi, si quid] diminutum,

[1] MS. defective. [2] subeant MS.

erroneum, siue obscurum imposterum repertum fuerit. In cuius rei . . . [sealing clause]. Dat. in . . . xxvij° die mensis Augusti. A. D. M°CCC°XCVIIJ°. Et consecracionis nostre A° j°.

[p. 252, 252, b. blank in A.]

KNIGHTON [1].

1070 [2].

A. p. 260.

[Guy de St. Walery to Payn Fitz-Adam. Demise of half a hide of land.]

NOT. sit tam pres. quam fut. quod Ego Guido de S. Valerico dedi . . . [&c.] Pagano f. Ade j dimidiam hidam terre in K., scilt. j virgatam que fuit Ricardi Mamard, et j virgatam de dominio meo iuxta terram hominum predicte ville, pro homagio suo & seruicio, cum omnibus pert. suis, Tenendam . . . [&c.], pro xij*s.* annuatim reddendis, pro omni seruicio quod ad me pertinet, ad iiij terminos, scilt. . . . [3*s.* quarterly, commencing Michaelmas]. Et vt donacio mea . . . [sealing clause]. Testibus, Geruasio de Compton', Clerico, &c. [c. 1120–30.] [3]

1071.

A. p. 253.

[Reginald de St. Walery to the Church and Canons of St. Frideswide. Conveyance of a third part of the vill of Knighton.]

Incipiunt carte & munimenta Manerij de K. in Comitatu Berk', &c. Et prima carta sequitur de tercia parte eiusdem ville. [c. 1150–60.] [4]

Sc. pres. & fut. quod Ego Riginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., pro salute . . . [&c.], dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, terciam partem de K., cum homagio & seruicijs & omnibus pert., integre, illam scilt. partem que pertinebat ad dotem Albredre, matris mee, exceptis iiij*s.*

[1] Knighton, usually written in the text Knythyngton', a hamlet of Compton Beauchamp, Berks, 3 m. S.E. by E. of Shrivenham. [2] This charter is written in a different hand from that of the body of the Cartulary, but of about the same date. [3] Guy de St. Walery died c. 1141, or earlier. K. P. A. i. 133. [4] Reginald de St. Walery died c. 1166. K. P. A. i. 169.

quos Robertus f. Willelmi solebat reddere, & iiij acris prati & dimidiam in Clauerhull', & j crofta quam Willelmus Kyng tenuit. In escambio vero predicti tenementi excepti dedi . . . [&c.] eis homagium Ade f. Gerardi de K. & heredum suorum, cum seruicio j virgate terre, nona parte minus, Reddendo inde eis per ann. vs. iiij*d.* Hec autem supradicta tenementa concessi eis, Habenda . . . [&c.], in bosco & plano, in pratis & pasturis, in omnibus locis & exitibus, saluo tantum seruicio domini Regis ad eandem partem pertinente, de quo predicti Can. me & heredes meos circa dominum Regem acquietabunt. Predicta vero tenementa ego . . . [warranty]. Ipsi vero Can. pro hac . . . [&c.] dederunt michi xxx marcas de pecunia Eccl. sue, de quibus acquietaui terras meas versus dominum Regem. Vt igitur hec . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Iohanne tunc temporis Vicecomite Berk', &c.

1072.

A. p. 253.

[The same to the same. Gift of homages and services arising from two half hides of land.]

[c. 1150–60.] *Carta Reginald f. Wydonis de homagijs & seruicijs de ij dimidijs hidis terre ibidem.*

Sc. tam pres. quam fut. quod Ego Reginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], pro salute . . . [&c.], homagium & seruicium Pagani de K. & heredum suorum de dimidia hida terre in Knyghyngton', cum suis pert. & omni iure inde ad me & heredes meos spectante, et homagium & seruicium Ade f. Gerardi de Knyghyngton' & heredum suorum, de dimidia hida terre in Knyghyngton', cum suis pert., salua dimidia marca annuatim soluenda Monialibus de Godestowe. Hec autem homagia & seruicia, cum suis pert., dedi predictis Can. in augmentum escambij facti per defectum dotis Albrede matris mee, scilt. iiijs. quos Robertus f. Willelmi solebat reddere, & iiij acrarum et dimidie prati in Slauerhull', & j crofte que iacet inter capitale messuagium & curiam Willelmi de Wyke, que omnia ipse W. de [S.] W. tenebat de dote predicte matris mee A. Supradicta vero homagia, seruicia & alia pert. dedi . . . [&c.] prefatis Can., in puram & perpetuam elemosinam, Habenda . . . [&c.], saluo seruicio domini Regis ad ea pertinente, de quo predicti Can. me & heredes meos acquietabunt. Eadem omnia quoque ego . . . [warranty]. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

1073.

A. p. 253, b.

[The same to the same. Conveyance of all his land in demesne in Knighton, with the exception of the Manor House and certain other property.]

Item alia carta [predicti][1] *Reginald de homagio & seruicio magistri Ricardi de Knyghyngton'.* [c. 1150–60.]

Vniu. Xpi fid. . . [&c.] Reginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' and Can. . . [&c.] totam terram meam quam habui in dominico in Knyghyngton', in die Translacionis B. Thome Martiris [July 3], & homagium & seruicium magistri Ricardi de Knyghyngton', & annuum redditum j libre piperis vel vj*d.*, quos predicti Can. michi reddere consueuerunt, excepto capitali messuagio meo cum gardino, et exceptis ij acris contiguis in campo orientali iuxta fossatum quod est iuxta villam, scilt. in Hangindelond', et excepta j acra foraria in campo occidentali que est iuxta longam acram Ade de Knyghyngton', scilt. subtus villam, & excepta j acra prati in Slauerhull' que est proxima prato quod fuit Willelmi de Wyka versus austrum, & excepta j libra cimini quam A. de K. tenetur michi & heredibus meis soluere, et excepto seruicio tocius terre in eadem villa quam W. de W. tenuit die qua obijt, Habendam . . . [&c.], cum pratis & pasturis, vijs & semitis, & omnibus alijs libertatibus & pert. ad dictum dominicum spectantibus, absque omni seruicio & exaccione ad me vel heredes meos pertinente. Hanc itaque donacionem . . . [warranty]. Et pro hac . . . [&c.] dederunt michi prefati Can. xx marcas argenti ad terram meam de Apselen & de Henlawe de manu Fulconis liberandam, & Anurie vxori mee j marcam. Et vt omnia ista . . . [sealing clause].

1074.

A. p. 254.

[The same to the same. Conveyance of the Manor House and certain lands and services.]

Carta eiusdem Reginaldi de concessione capitalis messuagij & alijs terris & seruicijs ibidem. [c. 1150–60.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Reginaldus de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.]

[1] predicta MS.

capitale messuagium in Kniteton', cum gardino & omnibus alijs pert. suis, et ij acras terre contiguas in campo orientali iuxta fossatum quod est subtus villam, scilt. in Hangindeland, et j acram forariam in campo occidentali que est iuxta longam acram Ade de Kniteton' subtus villam, et dimidiam acram forariam supra villam que iacet inter Rigewey & Ikenildewey [1], et j acram prati in Slauerhull' que est proxima prato quod fuit Willelmi de Wyka versus austrum, et homagium heredum W. de W., cum seruicio quod michi de feodo suo faciebat et facere debebat, et annuum seruicium j libre cimini de Ada de Knitteton' & heredibus suis. Hec omnia predicta concessi . . . [&c.] predictis Can., Habenda . . . [&c.], imperpetuum, Reddendo inde michi & heredibus meis annuatim j libram piperis, vel vj*d.*, ad festum S. Michaelis, pro omni seruicio ad me vel heredes meos pertinente, saluo forinseco seruicio. Et concessionem istam . . . [warranty]. Ipsi vero Can. pro hac . . . [&c.] dederunt michi viij marcas in Gersumam.

1075.

A. p. 254, b.

[The same to W. and A. of Knighton. Letter requesting them to give seisin of the above-named properties to the Prior and Canons of St. Frideswide.]

[c. 1150–60.] *Carta eiusdem Reginald pro seisina dicti tenementi liberanda.*

R. DE S. WALREICO dilectis sibi in Xpo [magistris] [2] W. & A. de Knitteton' Salutem & sincere dileccionis affectum. Sciatis me dedisse . . . [&c.] domino Pr. & Can. S. F. Oxon' capitale messuagium meum in Knitteton', cum gardino & omnibus pert., & quicquid [habui] in eadem villa, Ita quod de cetero totam predictam villam de Knitteton', cum omnibus pert. & libertatibus suis, integre possidebunt, & ideo vobis mando & attencius supplico quatinus de predicto messuagio cum pert. suis, et de toto residuo, vnde predicti Can. seisinam hactenus non habuerunt, plenariam eis seisinam, sine dilacione ex parte mea, faciatis, Et has litteras cum sigillo integro in huius seisine testimonium penes vos retineatis.

[1] Ridgeway and Icknield Street. See plan in Parker's *Early History of Oxford*, vol. iii. O. H. S. publications.

[2] magistro MS.

1076.

A. p. 255.

[The same to the Church and Canons of St. Frideswide. Conveyance of a portion of a meadow called Little Mead.]

Carta eiusdem R. de prato suo vocato Litelmed ibidem. [c. 1150–60.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Reginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] totam partem meam quam habui in prato illo apud Knitteton' quod vocatur Litelmed, Habendam . . . [&c.], in perpetuam elemosinam. Et pro hac . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. xx*s*. Vt autem hec . . . [sealing clause].

1077.

A. p. 255.

[The same to the same. Gift of two-thirds of a meadow called Newenham.]

Item alia carta de ij partibus prati vocati Newenham. [c. 1150–60.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Reginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., Salutem. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] ij partes prati mei de Newenham, de quo prato predicti Can. prius habuerunt terciam partem[1], de dote Albrede matris mee, in perpetuam elemosinam, libere . . . [&c.], absque omni seruicio . . . [&c.], Ita quod ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi prefati Can. c*s*. Vt igitur rata permaneat . . . [sealing clause].

[1] No. 1071.

1078.

A. p. 255, b.

[The same to the same. Gift of half an acre of meadow.]

[c. 1150–60.] *Alia infra carta dicti R. de dimidia acra prati.*

Sc. tam pres. quam fut. quod Ego Reginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, pro salute . . . [&c.], dimidiam acram prati sub villa de Knicteton', scilt. meliorem de dominico meo in prato illo quod vocatur paruum pratum. Et vt hec . . . [sealing clause].

1079.

A. p. 255, b.

[The same to Elias Fitz-Laurence. Conveyance of half a hide of land.]

[c. 1150–60.] *Carta predicti R. de dimidia hida terre Helie f. Laurensij concessa pro reddilu ix*s. *per ann.*

Nouerint vniuersi . . . [&c.] quod Ego Reginald, f. Wydonis de S. Walerico, dedi . . . [&c.] Helie f. Laurencij, pro homagio & seruicio suo, dimidiam hidam terre de dominico meo in Knitteton', cum omnibus pert. suis, In campo viz. orientali x acras sub Ikenilda, et x acras inter Ikenildam & Rugewyam, et viij acras ex parte australi de Rugewya & Aldeduna, in campo quoque occidentali vij acras subtus villam de Kniteton', & vj acras inter eandem villam & Rugewyam, et xiij acras inter Rugewyam & Aldedunam, et preter has vj acras in Brechia, iiij acras prati super Clauerhull' iuxta paruum mariscum ex parte occidentali, et ij acras prati in paruo prato, Tenendam . . . [&c.], de me & heredibus meis illi & heredibus suis, vel cui eandem terram idem H. assignare voluerit, libere & absolute ab omnibus accionibus, tallagijs, & consuetudinibus, & seruicijs secularibus, que ad me vel ad heredes meos pertinent, ab annuo seruicio ix*s.* ad iiij anni terminos persoluendorum . . . [2*s.* 3*d.* quarterly commencing Christmas], saluo tantum domini Regis seruicio, quantum spectat ad dimidiam hidam terre. Et ego . . . [warranty] contra omnes homines & feminas qui viuere vel mori poterunt. Pro hac itaque . . . [&c.] sepedictus H. dedit michi viij marcas & vij*s.*, & j palefridum precio ij marcarum. Et vt hec . . . [sealing clause].

1080.

A. p. 254, b.

[The same to the Church and Canons of St. Frideswide. Conveyance of a rent of 9*s*. per annum and a meadow.]

*Item alia carta ipsius Reginald de ix*s. *redditus de dimidia hida terre quam Helias f. Laurencij tenuit.* [c. 1150–60.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Reginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me dedisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] illos ix*s*. redditus quos Helias f. Laurencij solebat michi annuatim reddere de dimidia hida terre in Knitteton' quam de [me] tenuit. Et reddent michi & heredibus meis prefati Can. inde annuatim j libram piperis, vel vj*d*., apud Knitteton', in festo S. Michaelis, saluo regio seruicio, quantum spectat ad dimidiam hidam terre, quod idem Can. facient. Et pro hac . . . [&c.] dederunt michi predicti Can. xij marcas argenti ad perficiendam peregrinacionem meam in terram Ierosolimitanam, et vxori mee Amirie j marcam. Preterea dedi . . . [&c.] Deo & prefate Eccl. S. F. totum pratum meum quod adiacet inter Clauerhull' brocam & terram arabilem versus austrum, Habendum . . . [&c.], in perpetuam elemosinam. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

1081.

A. p. 256.

[Elias of Knighton to the Church of St. Frideswide. Gift of the same half hide of land.]

Carta Elye de Knittenton' de dimidia predicta hida terre. [c. 1150–60.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Helias de Kniteton' Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me, diuine pietatis intuitu, & pro salute . . . [&c.], dedisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' dimidiam hidam terre in Kniteton' quam tenui de Reginald de S. Walerico, Habendam . . . [&c.], in perpetuam elemosinam . . . [&c.], cum pratis & pasturis, vijs & semitis, & cum omnibus alijs pert. & libertatibus suis, faciendo inde seruicium regale & totum seruicium quod continetur in carta quam habui de predicto R., scilt. reddendo eidem & heredibus suis annuatim ix*s*. ad iiij terminos, scilt. . . [27*d*. quarterly, commencing Christmas]. Et cum in fata concessero, apud eandem Eccl. S. F. michi sepulturam eligi. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

1082.

A. p. 256, b.

[Reginald de St. Walery to the Church and Canons of St. Frideswide. Confirmation of the above gift.]

[c. 1150–60.] *Carta confirmacionis Reginald predicti de dimidia hida terre prefati Helie, &c.*

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Reginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] dimidiam hidam terre in Knitteton' quam Helias f. Laurencij de me tenuit & eisdem Can. dedit, Habendam . . . [&c.], cum pratis & pasturis, vijs & semitis, & cum omnibus alijs pert. suis, libere . . . [&c.], in perpetuam elemosinam, sicut carta mea quam dedi predicto H. de eadem testatur. Et vt hec . . . [sealing clause].

1083.

A. p. 256, b.

[The same, with consent of Matilda his wife, to the same. Gift of a plot of land.]

[c. 1150–60.] *Carta eiusdem Helie de quadam placea terre ibidem.*

Sc. tam pres. quam fut. quod Ego Helias de Kniteton', consensu Matilde vxoris mee, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] j placeam terre in crofta curie mee apud Kniteton', que est in australi parte ad caput grangie mee, tantum scilt. in longum & in transuersum quantum crofta illa protenditur, Habendam . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam. Et vt hec . . . [sealing clause].

1084.

A. p. 257.

[Reginald de St. Walery to Payn Fitz-Adam. Gift of an acre of land.]

[c. 1150–60.][1] *Item carta de j acra prati concessa Pagano f. Ade.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Reginald de S. Walerico dedi . . . [&c.] Pagano f. Ade j acram terre in Kniteton', in campo orientali, illam scilt. que iacet iuxta fossam inter But & Ellestub. Et vt hec . . . [sealing clause].

[1] Or possibly earlier.

1085.

A. p. 257.

[The same to the same. Confirmation of the half hide of land demised to him by Guy de St. Walery.]

*Carta de terra Pagani que solueret per ann. xij*s. *tam Reginaldo de S. Walerico, de quo predictam terram optinuit, quam Eccl. S. F., que postea eandem terram eidem P. confirmauit.* [c. 1150–60.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Reginald de S. Walerico concessi . . . [&c.] Pagano f. Ade illam dimidiam hidam terre in Knitt', cum omnibus pert. suis, quam pater meus Wydo de S. W. dedit predicto P[1]., pro homagio & seruicio suo, & preterea dedi . . . [&c.] eidem P. ij acras terre in Brachia, ad emendacionem dimidie hide sue, Tenendas de me et heredibus meis sibi et heredibus suis sub annuo seruicio xij*s*. ad iiij anni terminos soluendorum, scilt. . . [3*s*. quarterly, commencing Christmas], libere & quiete ab omnibus exaccionibus . . . [&c.], que ad me vel ad heredes meos pertinent, saluo tantum domini Regis seruicio, quantum pertinet ad dimidiam hidam terre. Et pro hac . . . [&c.] dedit michi predictus P. iij marcas argenti & xij*s*. Et ego . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause].

1086.

A. p. 258.

[The same to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of the whole vill of Knighton at a rent of a pound of pepper or 6*d*. per annum.]

Carta de tota villa de Knihinton' & de j libra piperis annuatim reddenda, &c. [c. 1160[2].]

Sc. pres. & fut. quod Ego Reginald de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., pro salute . . . [&c.], dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' et Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, totam villam meam de Kniteton' in Berke, cum omnibus pert., tam in terris quam in feodis, homagijs, seruicijs & libertatibus & omnibus alijs eiusdem ville pert., Habendam . . . [&c.], imperpetuum . . . [&c.], per liberum seruicium j libre piperis vel vj*d*. reddendum michi et heredibus meis vel assignatis annuatim in festo S. Michaelis, pro omni seruicio . . . [&c.] ad me vel ad heredes meos pertinente. Ego vero . . . [warranty]. In cuius rei . . . [sealing clause].

[1] No. 1070. [2] K.P.A. i. 163.

1087.

A. p. 258, b.

[The same to the same. Remission of the rent reserved above.]

[c. 1160.] *Carta remissionis redditus j libre piperis supradicte.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ego Reginaldus de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me, diuine caritatis intuitu, & pro salute . . . [&c.], concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] j libram piperis vel vj*d.* annuos, quos ijdem Can. michi solebant reddere de villa de Kniteton', Habendos . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, ad sustentacionem luminarium predicte Eccl. S. F. Et hanc . . . [warranty]. Vt igitur rata permaneat . . . [sealing clause].

1088.

A. p. 258, b.

Confirmed E ii, No. 73.

[The same to the same. Gift of the whole vill of Knighton absolutely.]

[c. 1160.] *Carta vltime concessionis predicte ville in perpetuam elemosinam, absque aliquo redditu, &c.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Reginaldus[1] de S. Walerico, f. Wydonis de S. W., dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. de Oxon'[2] & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, totam villam meam de Knittenton'[3] in Berk'[4], cum omnibus pert. suis, tam in terris quam in feodis, homagijs, seruicijs, libertatibus & omnibus alijs eiusdem ville pert., Habendam . . . [&c.], imperpetuum . . . [&c.], absque omni seruicio seculari, consuetudine, exaccione & demanda. Ego vero . . . [warranty]. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

1089.

A. p. 259.

[Repetition of No. 765.]

Confirmacio Henrici Regis de villa supradicta.

[1] Riginaldus. [2] Oxenford. [3] Knythynton'. [4] Berkshire.

1090.

A. p. 256, b.

[Elias of Knighton to Saherius the Clerk. Gift of half a hide of land, paying 5*s.* per annum to the Church of St. Frideswide for the health of the donor's soul.]

Carta de vs. annui redditus soluendis, &c. [c. 1160–70.]

Not. sit omn. pres. & fut. quod Ego Helias de Knitteton' dedi . . . [&c.] Saherio, Clerico, de S. F. dimidiam hidam terre in Kniteton' quam tenui de Reginald de S. Walerico, Habendam . . . [&c.], Faciendo inde seruicium quod continetur in carta[1] quam habui de predicto R. de S. W. de eadem terra, sub tali scilt. forma quod si donacio illa quam feci de eadem terra Deo & Eccl. S. F. non possit esse stabilis, predictus S., Clericus, vel quicunque terram illam imposterum tenuerit, singulis annis in remedium anime mee prefate Eccl. S. F. vs. persoluat ad Pasch' floridum. Et ne hec . . . [sealing clause].

1091[2].

A. p. 257, b.

[Brice of Knighton, with consent of Agnes his wife, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of two virgates and three acres of land.]

Carta Brictij de Knit' de ij virgatis terre concessis Eccl. S. F., vt infra.

Sc. pres. & fut. quod Ego Brictius de Knitt', ex consensu & assensu Agnetis vxoris mee, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], pro salute . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, ita quod participes [simus][3] omnium beneficiorum que fiunt in Domo predicta imposterum, ij virgatas terre arabilis, & ij acras in Northbreche iuxta fossatam, et j acram supra Buye tendentem versus austrum apud Ellestubbe, in villa de Knitt', quas quidem ij virgatas terre & iij acras prenominatas cum pert. dictus B. de dictis religiosis quondam tenuit, cum domibus et curtilagijs, & croftis, & columbario, et gardino, cum omnibus alijs pert. & aisiamentis, in pratis, pascuis & pasturis, ad predictam terram spectantibus, Ita quod ego nec aliquis heredum meorum aliquid iuris vel clamij in dicta terra cum pert. imposterum clamare possimus, Habendas . . . [&c.], imperpetuum, Reddendo inde

[1] No. 1080. [2] There is no clue to the date of this and the two following charters, but they probably date about the close of the twelfth century.

[3] sint MS.

annuatim dominis feodi omnia seruicia debita & consueta & regale forinsecum. Nos autem, predicti religiosi, predictum B. & heredes suos erga quoscunque dominos feodi de omnibus seruicijs ad predictam terram pertinentibus acquietabimus & defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium, &c.

1092.

A. p. 258.

[John Fitz-Brice of Knighton to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in the property given by his father.]

Quieta clamacio Iohannis f. Brictij de terra predicta.

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Iohannes, f. Brictij de Knicton', Salutem eternam in Domino. Noueritis me quietum clamasse Pr. & Con. S. F. Oxon' totum ius & clamium quod habui, vel habere potui, in ij virgatis terre et iij acris cum pert. in villa de Knitton', quas quidem B. pater meus eisdem dedit. In cuius rei testimonium, &c.

1093.

A. p. 258.

[Robert, Rector of Hinton, to the same. Quit claim of certain small tithes in Knighton.]

Carta Roberti Rectoris de Henton' de remissione decimarum.

Sc. pres. & fut. quod Ego Robertus, Rector Eccl. de Hinton'[1], remisi & quietam clamaui accionem, si quam habui, erga Pr. & Con. S. F. Oxon', de minutis decimis dominici de Knyttenton', a quarum solucione per priuilegia sua sunt exempti. Et in huius rei . . . [sealing clause].

1094.

A. p. 257.

[William of Wyke to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of land in Knighton.]

[c. 1210–28.] *Quieta clamacio Willelmi de Wyka de terra cum croppo que fuit de dote Albrede superius nominate*[2].

Nouerint vniu. . . [&c.] quod Ego Willelmus de Wyka reddidi & quietam clamaui domino S. Pr. S. F. & Con. eiusdem loci totam

[1] Little Hinton, Wilts, 4 m. S.W. of Knighton. [2] No. 1071.

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] H. de Rading' & W. de Tama D. G. Ab. & magister G. Archidiaconus de Berksir' Salutem eternam in Domino. Quum causa que inter Pr. S. F. de Oxon' & S., Clericum de Hungerford, qui ex speciali mandato vicem Beccensis Eccl. agebat, nobis esset a summo Pontifice delegata fine [debito][5] terminanda, & mutue inter eos in presencia nostra orte fuerint peticiones, asserente Pr. decimas dicte hide Roberti & de ij Dunis & de tota terra quam rustici ex dominio colebant ad Eccl. S. F. in solidum pertinere, quia tempore transaccionis inter Mon. Beccense & Eccl. S. F. inite fuerunt in dominio de E., et preterea totam terre decimam quam Lancelinus tenuit quondam, que est inter Frithcroft & nemus, quam Pr. proprijs sumptibus tunc temporis colebat, & se racione priuilegij a prestacione decimarum [immunem][6] habere pretendebat, E contra S. Clerico [decimas] de omni assarto, tam a Pr. quam a rusticis suis exculto, sibi vendicante, quia de communi pastura in fertilitatem frugum, vt dicebat, fuit redactum, Tandem in hunc modum amicabili composicione conuenit quod predictus Pr. terciam garbam de decima hide Roberti, &

[1] Hugh, c. 1180–99, D. M. iv. 31. [2] William de Forde, 1184–1205, ib. v. 403.
[3] R. MS., evidently an error as Geoffry was Archdeacon about this time. Le Neve's *Fasti*, iii. 632. See also next Charter. [4] Hugh, c. 1190–1221; D. M. i. 508.
[5] debite MS. [6] imitantem ib.

terciam garbam de decima tocius assarti rusticorum, licet hoc, vt dicebat, de dominica fuisset pastura in terram cultam redactum, Eccl. de Hungurford perpetuo remisit, S. vero Clericus, ex speciali mandato Beccensis Eccl. Procurator, omni querele de decimis de Dunis & de predicta terra que erat Lancelini, & de tota terra quam rustici ex dominio colebant, quas terras omnes Eccl. S. F. tunc tempore sumptibus proprijs colebat, penitus renunciauit. Si quod vero assartum de cetero fieri contigerit de dominio, decima tota penes Eccl. S. F. residebit, si quod vero factum fuerit de communi pastura rusticorum, tercia garba de decima eiusdem penes Eccl. de Hungerford perpetuo remanebit. Facta est autem hec transaccio A° ab Incarnacione Domini M°C°XCJ. Nos vero auctoritate qua fungimur ipsam presentis scripti munimine & sigillorum nostrorum apposicione confirmauimus.

1135.

A. p. 281. C. p. 311. No. 480.

[Before papal commissioners. The Abbot and Convent of Bec v. the Prior and Convent of St. Frideswide respecting tithes. Settled by mutual agreement.]

*Vltima & finalis transaccio de predictis decimis, pro quibus Eccl. S. F. soluet annuatim Mon. Beccensi xl*s. 1234, [Aug. 4.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] de Dunstaple[1] & de Caldewell' Priores & Precentor de Dunstaple[1] Salutem in Domino. Mandatum domini Pape Gregorij ix in hec verba suscepimus:—

Gregorius Episcopus . . . [&c.] dilectis fil. de D. & de C. Prioribus & Precentori de D., Lincoln' diocesis, Salutem . . . [&c.]. Dilecti fil. Ab. & Con. de Becco nobis conquirendo monstrarunt quod de Abbendon' & de Teokesbiry[2] Abbates ac eorum Con., & quidam alij, Sar', Wygorn'[3], Lincoln' diocesium, super decimis, possessionibus & alijs rebus iniuriantur eisdem. Ideo que discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, partibus conuocatis, audiatis causam &, appellacione remota, fine debito terminetis, quod decreueritis facientes[4] per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, cessante appellacione, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, ij vestrum ea nichilominus exequantur. Dat. Laterano v Kal. Maij, Pontificatus nostri A° vij°. [1233, April 27.]

[1] Dunestaple. [2] Teokesbiri. [3] Wigorn'. [4] facientes quod decreueritis.

Huius igitur auctoritate mandati, cum inter Ab. & Con. de B., ex vna parte, et Pr. & Con. S. F. Oxon', ex altera, super quibusdam decimis de Hudden' & de Edineton', prout in ediccione subscripta continetur, ex parte dictorum Ab. & Con. a predictis Pr. & Con. petitis, coram nobis mota esset controuersia, in qua talis facta fuit ediccio:—

Petunt predicti Ab. & Con. a predictis Pr. & Con. decimas de dominico suo de E. de iure communi spectantes ad Eccl. suam de Hungerford, & intentant petitorium. Petunt eciam decimas omnium terrarum quas dicti Pr. & Con. excolunt in hamello de Hudden'[1], de quibus Eccl. de Hungerford[2] consueuit percipere decimas, scilt. decimas de quadam cultura que vocatur Dune, que continet lxix acras, item decimas de quadam terra que vocatur Estcroft quam Walterus Crokker[3] tenuit, item decimas j virgate terre que continet iij croftas quas Adam f. Aylwy[4] tenuit, de iure communi spectantes ad Eccl. suam de Hungerford[2], & intentant possessorium.

Cum que in dicta causa aliquantulum coram nobis esset processum, tandem lis inter predictas partes amicabiliter sub hac forma conqueuit, viz. quod dicti Ab. & Con. Beccenses, per Fratrem Willelmum de Gyneuill'[5], Pr. de Okeburn' & Procuratorem eorum generalem ad agendum & defendendum & componendum datum, predicte liti cesserunt, cedentes eciam omnes decimas maiores quas percipere consueuerunt in predictis villis, scilt. terciam partem garbarum de decimis rusticorum & liberorum hominum ibidem prouenienciumm, predictis Pr. & Con., ad firmam perpetuam ab eisdem optinendas, soluendo annuatim xl*s*. sterlingorum bone monete certo seruienti predicti Pr., vel successorum ipsius qui pro tempore fuerint, apud Manerium eorum de Hungerford[2] ad ij terminos anni, scilt. infra quindenam S. Martini xx*s*. & infra quindenam Natiuitatis S. Iohannis Baptiste xx*s*. Concesserunt eciam dicti Ab. & Con. dictis Pr. & Con. terciam garbam de assartis faciendis, si qua in dictis locis fieri contigerit. Si qua autem parcium supradictam conuencionem bona fide non seruauerit[6], soluet parti eam obseruanti xx*s*. nomine pene, dicta conuencione nichilominus in suo robore duratura. Reseruamus eciam nobis & successoribus nostris iurisdiccionem perpetuam, de consensu parcium, compellendi partes ad predictorum obseruacionem & dicte pene solucionem, si committatur, non obstante appellacione vel alio iuris remedio impetrato vel impetrando. Et ad maiorem predicte conuencionis securitatem signa nostra, vna cum signis conuentualibus[7] parcium, presenti scripto in modum cirographi[8] confecto apposuimus.

[1] Huddon'. [2] Hunkerford. [3] Crokere. [4] Ailwy. [5] Gineuill'.
[6] obseruauerit. [7] conuentualibus *om*. A. [8] cyrographi.

Acta de consensu parcium in Eccl. Conuentuali de Dunestapl' coram nobis A° ab Incarnacione Domini M°CC°XXXIIIJ°, ij Non. Augusti.

1136 [1].

A. p. 276, b. C. p. 310. No. 477.

[William de Wancy to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of certain islands towards the improvement of their mill weir.]

Carta Willelmi de Wancy de insulis iuxta molendinum de E. concessis Eccl. S. F. supradicte.

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Ego Willelmus de Wancy Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra me, diuine caritatis intuitu, & pro salute . . . [&c.], concessisse . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F.[2] Oxon' & Can. . . [&c.] insulas que sunt inter insulam illam que vocatur Theofait [3] & molendinum ipsorum Can. apud Edineton', Habendas . . . [&c.], in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ad emendacionem gurgitis sui ibidem. Et hanc . . . [warranty]. Et vt rata . . . [sealing clause].

1137.

A. p. 277. C. p. 310. No. 478.

[Robert of Scutescumbe to the same. Licence to extend their mill weir to his marsh.]

*Carta Roberti de Scutescumbe pro extencione gurgitis ad molendinum ibidem super mariscum feodi sui, reddendo per ann. sibi & heredibus suis xij*d.

Sc. pres. & fut. quod Ego Robertus de Scutescumb' [4] concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F.[2] Oxon' & eiusdem loci Con. quod extendant gurgitem molendini sui de Edineton' ad mariscum feodi mei de Schorleyton' [5], qui est ex opposito dicti gurgitis versus austrum, vbi melius & commodius sibi viderint expedire, & terram de eodem marisco ad eundem gurgitem cum necesse fuerit reficiendum, Reddendo inde annuatim [6] michi & heredibus meis xij*d.* ad festum S. Michaelis, pro omni seruicio . . . [&c.]. Hanc confirmacionem . . . [warranty]. Et vt hec [7] predicta . . . [sealing clause].

[1] There is nothing to determine the date of this or the four succeeding Charters, but they probably belong to the end of the twelfth or beginning of the thirteenth century. [2] Frideswide. [3] Thoefeit. [4] Scutecumbe. [5] Corbetun'. [6] annuatim *om.* A. [7] hec *om.* ib.

1138.

A. p. 277.

[William Warchayl to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in two virgates of land.]

Quieta clamacio de ij virgatis terre vocatis Warchayl feld iuxta Hudden'.

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Willelmus, f. Galfridi Warchayl de Mercham, Salutem in Domino. Noueritis me remisisse &, pro me & heredibus meis & assignatis, imperpetuum quietum clamasse Pr. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. & eorum successoribus imperpetuum totum ius & clamium quod habui, vel aliquocunque iure habere potui, in ij virgatis terre cum pert. in Hudden' iuxta Hungerford, & in omnibus alijs tenementis in eadem villa, Ita quod nec ego dictus W. f. G. W. de M., heredes nec assignati mei, nec aliquis nomine meo heredum vel assignatorum meorum, de cetero aliquid iuris vel clamij in predictis ij virgatis, nec alijs quibuscunque tenementis, in predicta villa de H. iuxta H., exigere aut vendicare poterimus imperpetuum, set ab omnimoda accione per presens scriptum meum quiete clamancie penitus imperpetuum simus exclusi. In cuius rei, &c.

1139.

A. p. 278.

[William Fitz-Roger to the same. Quit claim of all right in lands and tenements in Edington and Hidden.]

Quieta clamacio Willelmi f. Rogeri de Cumbe generalis de terris & tenementis eius in villa & Manerio predictis.

Pateat vniu. per pres. quod Ego Willelmus, f. Rogeri de Cumbe, Clericus, remisi, relaxaui & omnino quietum clamaui Pr. S. F. Oxon' et eiusdem loci Con. & eorum successoribus imperpetuum totum ius & clamium quod habeo, vel habui, vel aliquo modo habere potero, in terris & tenementis que dicti Pr. & Con. habent in Edineton' & Hudden', & que michi, racione successionis hereditarie descendere, aut aliquo modo poterint contingere, Ita quod nec ego, nec heredes mei, nec aliquis alius nomine nostro, aliquid iuris vel clamij versus predictum Pr. vel successores [suos][1] in dictis villa [& Manerio] de cetero exigere

[1] nos MS.

vel vendicare poterimus in futurum, set ab omnibus accionibus, peticionibus & demandis predicta tenementa qualitercunque tangentibus per presentes imperpetuum excludamur. In cuius rei, &c.

1140.

A. p. 274.

[Assise held to determine whether Roger of Scutescumbe and others had unjustly dispossessed the Prior of St. Frideswide of an acre of land. Verdict for the Prior, except in the case of two of the defendants.]

Assisa capta, &c. de libero tenemento, viz. j [acra] prati ibidem.

Assisa venit recognoscere si Rogerus de Scutescumbe, Willelmus le Clerk, Hugo de Fughel, Iohannes de Scutescumbe, Iohannes de Kyng', Iohannes le Ferrour, Robertus le Pape, Iohannes de la Merssch, Iohannes Lacheful & Iohannes Tutel, &c. dissesiuerunt Pr. de S. F. de libero tenemento suo in Edineton' post primam, &c. Et vnde queritur quod dissesiuerunt eum de j acra prati cum pert. Et ipsi non venerunt, nec fuerunt attachiati quia non inuenti. Ideo capitur versus eos assisa per defaltam. Iurati dicunt super sacramentum suum quod predictus Rogerus & alij dissesiuerunt predictum Pr. de tenemento quod posuit in visu suo iniuste, &c., sicut breue dicit. Et R. & alij in misericordia pro disseisina. Et similiter predictus Pr. in misericordia pro falso clamio versus Iohannem [de] Scutescumbe & Iohannem le Kyng', eo quod iurati dicunt quod non interfuerunt dicte disseisine [ad] dampnum dominij de E[dineton'].

1141.

A. p. 271.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Robert Hide. Demise of land.]

*Dimissio cuiusdam cothlande pro iij*s. *ij*d. [c. 1210–28.]

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon Pr. Eccl. S. F. de Oxon' & totus eiusdem loci Con. Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos, de communi assensu & voluntate tocius Capituli nostri, dedisse . . . [&c.] Roberto de Hida & heredibus suis j cothlandam terre que iacet in capite pontis de Edineton', illam scilt. quam Gulfus faber tenuit, et dimidiam acram terre in Hethforlang', que iacet in

diuersa inter E. et [Denford][1], Tenendam . . . [&c.], in feudum & hereditatem . . . [&c.], Reddendo inde annuatim iij*s.* ij*d.* ad festum[2], pro omni seruicio, saluo forinseco seruicio, Ita tamen quod nos retinuimus in manus nostras Wodecroftam predicti G. quam R. de H. dicebat pertinere ad prenominatam cothlandam. Pro hac autem . . . [&c.] prefatus R. dedit nobis dimidiam marcam argenti de Gersuma.

1142.

A. p. 274.

[Bartholomew de la Hose to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of a strip of wood and certain pasture and heather land in Denford.]

[c. 1252.] *Carta Bartholomei de Hose de j ligla bosci & xxv acris bruerie.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Bartholomeus de la Huese, intuitu Dei, & pro salute . . . [&c.], dedi [&c.] Deo & Eccl. B. F. Oxon' & Can. . . . [&c.], in liberam, puram & perpetuam elemosinam, totam illam linglam bosci mei in Manerio meo de Denford, que extenditur ab angulo gardini dictorum Can. vsque ad chiminium quod dicitur Ikenildestret, ita quod habeant versus dictum angulum latitudinem per crepitudinem marlene, & exinde per cordam & lineam ad latitudinem semitis eiusdem vsque ad Coloweye, Preterea, eodem intuitu & elemosina eadem, dedi . . . [&c.] eisdem totam illam partem pasture & bruerie mee in eodem Manerio, sicut diuisa et per sulcum aratri, me presente, sulcata est, per viam que dicitur Coleweye vsque ad finem Coleweye, & vsque ad terram que tunc fuit arata versus suest, sicut bunde per ambulatores facte demonstrant, Habenda . . . [&c.], imperpetuum, libere . . . [&c.], ad infossandum, claudendum & ad faciendum exinde omnem profectum suum, sicut sibi melius viderint expedire, absque vlla reclamacione vel contradiccione mea, vel heredum meorum, vel alicuius alterius quem disturbare potero, bona fide. Et ego B. & heredes mei warantizabimus, defendemus, protegemus, manu tenebimus omnia predicta dictis Can. & eorum successoribus de omnibus sectis, consuetudinibus, demandis Comitatus vel Hundredi vel dominorum feodi, sicut predictum est, contra omnes homines imperpetuum. In cuius rei . . . [sealing clause]. Testibus, Roberto Herpenham, &c.

[1] Benford MS. Denford, Berks, adjoining Edington on the E. [2] sic MS.

1143.

A. p. 274, b.

[The Prior of St. Frideswide and Bartholomew de la Hose. Final concord respecting the same.]

Sequitur finalis concordia de brueria supradicta. [1252, Nov. 3.]

Hec est finalis concordia facta in Curia domini Regis apud Radyng', in crastino Animarum A° regni Regis H. f. Regis I. xxxvij°, coram Gilberto de Preston', magistro Simone de Wauton', Henrico de Coleuill' & Simone de Trop', Iusticiarijs itinerantibus, & alijs domini Regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Robertum Pr. S. F. Oxon', querentem, & Bartholomeum de la Hoese, impedientem, de xxv acris bruerie cum pert. in Denford, vnde placitum warantie carte summonitum fuit inter eos in eadem Curia, scilt. quod predictus B. recognouit predictam brueriam cum pert., scilt. totam illam peciam bruerie que includitur fossato & haya inter Coleweye & terram ipsius Pr., simul cum tota parte bosci quam idem Pr. & Eccl. sua S. F. Oxon' tenuerunt in feodo in eadem villa de feodo ipsius B. die quo hec concordia facta fuit, esse ius ipsius Pr. & Eccl. sue S. F. Oxon', vt illas quas idem Pr. & Eccl. sua predicta habent de dono predicti B., Habendam . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, imperpetuum. Et predictus B. & heredes sui warantizabunt . . . [&c.] eidem Pr. & successoribus suis & Eccl. sue predicte predictam brueriam & predictam partem bosci cum pert. suis, sicut predictum est, vt puram & perpetuam elemosinam suam, liberam & quietam, absque omni seruicio inde faciendo, contra omnes homines imperpetuum. Et idem Pr. recepit predictum B. & heredes suos in singulis beneficijs & oracionibus que de cetero fient in Eccl. sua predicta imperpetuum.

1144.

A. p. 275.

[Bartholomew de la Hose to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of common rights in the woods of Hidden in virtue of his Manor of Denford.]

Quieta clamacio commune in boscis de Hudden'. [c. 1250–60.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Bartholomeus de Hosa remisi & quietum clamaui, pro me & heredibus meis, Pr. & Con. S. F. Oxon' & eorum successoribus & Eccl. sue imperpetuum totam communam quam

habui vel exigere potui in boscis suis de Hudden', racione Manerij mei de Denford, vel aliqua alia racione, Ita quod nec ego nec heredes mei aliquid iuris in predictis boscis exigere poterimus imperpetuum. Concessi eciam, pro me & heredibus meis, quod predicti Pr. [& Con.] & eorum successores possint libere & quiete [boscos suos][1] fossare, claudere, & commodum suum pro voluntate sua inde facere, prout melius & commodius sibi viderint expedire, absque vlla contradiccione vel reclamacione mei vel heredum meorum. Nec ego B., nec heredes mei, nec aliquis meorum, debemus clausum dictorum boscorum aliquo modo infringere, vnde aliquod dampnum per introitum nostrum vel amicorum nostrorum incurrant, quod si fecerimus id eis sine dilacione faciemus [emendari][2] competenter. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

1145.

A. p. 276.

[Richard Longsword to the same. Similar quit claim in virtue of his Manor of Avington and Denford.]

[c. 1250–60.] *Carta Ricardi Longesp' de remissione commune supradicte.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Ricardus Longesp' remisi . . . [&c. word for word as in the preceding Charter except that it reads 'racione Manerij mei de Auenton'[3] & de Denford'].

1146.

A. p. 275, b.

[Robert the forester of Denford to the same. Quit claim of common rights in the woods of Hidden.]

[c. 1250–60.] *Alia eciam remissio predicte commune, &c., vt supra.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Robertus, forestarius, de Denford remisi & quietum clamaui, pro me & heredibus meis, imperpetuum, Pr. & Con. S. F. Oxon' & eorum successoribus & Eccl. sue totam communam quam habui vel habere potui in boscis suis de Hudden' qualicunque racione, Ita quod ego, nec heredes mei, aliquid iuris in predicta communa exigere potero imperpetuum. Et vt hec . . . [sealing clause].

[1] bosco suo MS. [2] emendare ib. [3] Avington, Berks, 2¼ m. E. of Hungerford.

1147.

A. p. 275, b.

[Leger de Rodel to the same. Similar quit claim.]

Carta remissionis dicte commune per Leodegarium de Rodel'. [c. 1250–60.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Leodegarius de Rodel' remisi . . . [&c. word for word as in the preceding Charter].

1148.

A. p. 275, b.

[Robert de la Hose and others to the same. Similar quit claim.]

Carta Roberti de Hosa, Ricardi Tapping', Henrici Shorth, Willelmi Petifer, Hugonis molendinarij de quieta clamacione tocius commune in boscis de Hudden' &c., vt infra. [c. 1250–60.]

Sc. pres. & fut. quod Nos Robertus de Hosa, Ricardus Tapping', Henricus Schorth, Willelmus Petifer, Hugo molendinarius remisimus . . . [&c. as in preceding Charters but in the plural number to the words 'exigere poterimus']. Ita quod dicti Pr. & Con. & eorum successores possint libere & quiete boscos suos fossare, claudere, & commodum suum pro voluntate sua inde facere, prout melius & commodius sibi viderint expedire, absque vlla contradiccione vel reclamacione nostrum seu heredum nostrorum. Et vt hec . . . [sealing clause].

1149.

A. p. 276.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Bartholomew de la Hose. Quit claim of common rights in the woods of Denford in virtue of their Manor of Hidden.]

Carta Pr. & Con. de quieta clamancia commune in boscis de Denford facta Bartholomeo de la Hose. [c. 1250–60.]

Sc. pres. & fut. quod Nos Robertus Pr. & Con. S. F. Oxon' remisimus & quietum clamauimus, pro nobis et successoribus nostris, Bartholomeo de la Hose & heredibus eius imperpetuum totam communam quam habuimus vel exigere potuimus in boscis suis de Denford, racione Manerij nostri de Hudden', vel aliqua alia racione. Ita quod

neque nos nec successores nostri aliquod iuris in predicta communa de cetero exigere poterimus imperpetuum. Et vt hec . . . [sealing clause].

1150.

A. p. 276, b.

[The same to the same. Further quit claim of the same.]

[c. 1250–60.] *Alia carta quiete clamacionis de communa predicta, &c.*

Sc. pres. & fut. . . . [&c. word for word as in the preceding Charter to the words 'poterimus imperpetuum,' except that it reads 'predictis boscis' for 'predicta communa']. Nec aueria dicti B., vel heredum suorum, seu suorum tenencium, debemus imparcare, si per defectum clausi nostri boscos nostros a casu ingrediantur. Vt igitur hec . . . [sealing clause].

1151.

A. p. 276, b.

[The same to Richard Longsword. Similar quit claim of common rights in the woods of Avington and Denford.]

[c. 1250–60.] *Item carta dictorum Pr. & Con. de remissione commune in boscis de Denford supradictis.*

[A charter word for word the same as the preceding, except that it is addressed 'Ricardo Longesp' & heredibus suis' and that it reads 'in boscis suis de Auenton' & de Denford'].

1152.

A. p. 278, b.

[Henry le Hurt to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in a messuage, a carucate of land and 100*s*. rent in la Hegge in the manor of Hidden.]

[c. 1250–60.] *Quieta clamacio de j messuagio, j carucata terre, & cs. redditus, in la Hegge, infra precinctum Manerij de Hudden'.*

Pateat vniu. per pres. quod Ego Henricus le Hurt de Deuises remisi, relaxaui & omnino quietum clamaui Pr. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. totum ius & clamium michi contingens in j messuagio, j carucata terre, & c*s*. redditus cum pert. in la Hegge, quod est infra precinctum Manerij de Hudden', Ita quod nec ego, nec

heredes mei, nec aliquis alius nomine nostro, aliquid iuris vel clamij in predictis tenementis in dominico vel seruicio exigere vel vendicare poterimus in futurum, set ab omnibus accionibus, peticionibus & demandis nobis qualitercunque competentibus, aut competituris, racione dictorum tenementorum, penitus excludamur imperpetuum. In cuius rei testimonium, &c.

1153.

A. p. 279.

[William Burel to the same. Quit claim of all right in the third part of a messuage, two virgates of land, six acres of meadow and 10*s.* rent.]

Item alia relaxacio de tercia parte j messuagij, ij virgatarum terre, vj acrarum prati, & xs. redditus ibidem, &c. [c. 1250–60.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Willelmus Burel de Deuises Salutem in Domino sempiternam. Nouerit vniuersitas vestra me remisisse & omnino quietum clamasse omnem accionem meam & clamium quod habui, vel aliquo modo habere potui, in tercia parte j messuagij, ij virgatarum terre, vj acrarum prati, & x*s.* [redditus], cum suis pert., in Hudden', occasione dotis Iohanne vxoris mee, per mortem Henrici le Hert quondam viri sui, domino Roberto Pr. Domus S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. ac eorum successoribus, Ita tamen quod nec ego W. predictus, nec aliquis alius per me, aliquid iuris vel clamij in tercia parte tenementorum predictorum seu redditus, cum suis pert., de predicto Pr. aut Con. Domus predicte, seu eorum successoribus, quoquo modo exigere poterimus vel vendicare in futurum, set per presentes simus exclusi. In cuius rei testimonium, &c.

1154.

A. p. 279.

[John the baker and Agnes his wife to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in three messuages, a curtilage and a meadow adjoining.]

Carta quiete clamancie de iij messuagijs, & j curtilagio & prato adiacente in villa de Edineton'. [c. 1260–70.]

Nouerint vniu. quod Nos Iohannes le baker de Hamuldon' & Agnes vxor mea, f. Willelmi de Kyng' de Hungerford, vnanimi assensu & consensu nostro, remisimus, relaxauimus & imperpetuum quietum clamauimus, pro nobis & heredibus nostris, religiosis viris

Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon' & eorum successoribus omne ius & clamium quod habemus, habuimus, seu aliquo modo in futurum habere [poterimus] [1], in iij messuagijs & in j curtilagio cum prato adiacente in Edineton' iuxta Hungerford, situato in angulo viarum regiarum veniencium de Hungerford, quarum vna via ducit ad Oxon', ex parte occidentali, et alia via ducit apud Neubir', ex parte australi, et extendit se ab angulo predicto vsque ad tenementum quod quondam Willelmus Rolf tenuit de domino in villenagio, ex parte boriali, Ita quod nec nos I. & A. vxor mea, nec aliquis alius nomine nostro, in predictis messuagijs, curtilagio & prato adiacente aliquam accionem de cetero habere poterimus, set per presentes simus exclusi imperpetuum. Et nos eciam . . . [warranty]. In cuius rei test', &c.

1155.

A. p. 279, b.

[Margaret, daughter of William le Kyng, to the same. Similar quit claim.]

Sequitur alia relaxacio de terris et tenementis supradictis.

Nouerint vniu. quod Ego Margareta, f. Willelmi le Kyng de Hungerford, in pura viduitate mea & legia potestate mea, remisi & imperpetuum, pro me & heredibus meis, quietum clamaui . . . [&c. word for word as in the preceding Charter].

1156.

A. p. 273.

[Reginald Fitz-Reginald to the Prior and Convent of St. Frideswide. Conveyance of four acres of meadow.]

[c. 1280–90.] *Carta Reginald de Calna de iiij acris prati, &c.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Reginaldus, f. Reginaldi de Calne, dedi . . . [&c.], pro me & heredibus meis, Pr. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. & eorum successoribus iiij acras prati in prato de Edineton' cum. pert., Habendas . . . [&c.], imperpetuum, Ita tamen quod nec ego dictus R., nec heredes mei, siue assignati, si qui fuerint, aliquod ius vel clamium possumus demandare vel calumpniare in dicto prato de E., nec aliquam communiam habere vel vendicare, Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis j clauum Gilofere ad festum S. Michaelis, pro omni seruicio . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty].

[1] potuimus MS.

Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi predicti Pr. & Con. vij marcas sterlingorum in Gersumam pre manibus. In cuius rei test', &c.

1157.

A. p. 273. O. C. No. 99[1].

[The same to the same. Quit claim of a plot of meadow.]

Quieta eiusdem Reginaldi clamacio de quadam placea prati. [c. 1280–90.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Reginaldus, f. Reginaldi[2] de Calne, dedi, concessi, quietum clamaui & hac presenti carta mea confirmaui, pro me & heredibus meis, Pr. S. Frideswith Oxon' & eiusdem loci Con. j placiam[3] prati cum pert. que vocatur Repham, iuxta Denford, & extendit se uersus orientem ad finem cuiusdam prati dictorum Pr. & Con. apud Edineton', Habendam . . . [&c.], imperpetuum, Ita tamen quod ego dictus R. f. R. de C. non possim, nec heredes mei, siue assignati, si qui fuerint, aliquid ius uel clamium demandare uel calumpniare in dicta placia dicti prati, nec aliquam communiam habere uel uendicare [in][4] pratis, uel paschius[5], siue boscis dictorum [Pr. & Con.][4], racione placie prenominate, [scilt.][4] Repham, Reddendo michi & heredibus meis annuatim j [rosam ad festum][4] S. Iohannis Baptiste, pro omni seruicio . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dederunt michi pre manibus dicti[6] Pr. & Con. v marcas sterlingorum. In cuius rei . . . [sealing clause]. Hiis testibus[7], Ioce de Holte, Rogero de Ingepenne, Ricardo de Pouwele, Ricardo de Wauncy, Roberto de Aula, Nicholao Hummeden, Thoma de la Hegge & multis aliis.

1158.

A. p. 273, b. O. C. No. 96[8].

[Alice, widow of Reginald of Calne, to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of an acre of land.]

Carta Alicie relicte eiusdem Reginaldi[9] *de j acra terre.* [c. 1280–90.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Alicia, relicta Reginaldi de Chaune[10], in legitima uiduitate mea, dedi . . . [&c.], pro salute anime mee & dicti

[1] In good condition, but wanting a few words. Transcript therefrom. [2] f. Reginaldi *om.* [3] placeam. [4] supplied from A. [5] pascuis. [6] predicti. [7] Witnesses O. C. only. [8] In fair condition. Transcript therefrom. [9] More probably widow of the elder Reginald, as it would seem from the signatures that this and the preceding charter were granted about the same time. [10] Calne.

R., dedi . . . [&c.], Deo & Eccl. S. F.[1] Oxon' & Can. . . [&c.] j acram terre mee que iacet in Waterslade, inter terram dictorum Pr. & Con. ex utraque parte, in campis de Hudden', imperpetuum, Habendam . . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam . . . [&c.], imperpetuum. Et ego . . . [warranty]. Et ut hec . . . [sealing clause]. Hiis testibus[2], Domino Bartholomeo . . . . . uke militibus, Nicholao de Ingepenne, Iocha de H[olte], Iohanne Cotin, Ricardo de W[a]nci, Roberto de Houa, [Thoma de la H]egge, Gilberto Punzard & aliis.

1159.

A. p. 273, b.

[Richard de Wancy to the Prior and Convent of St. Frideswide. Permission to make a ditch in his land.]

[c. 1180–90.] *Carta de licencia de quodam [fosso] faciendo in solo Ricardi Wancy.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Ricardus de Wancy, f. Simeonis, concessi & licenciam dedi, pro me & heredibus meis, Pr. & Con. Eccl. S. F. Oxon' & eorum successoribus, pro salute . . . [&c.], faciendum & habendum fossum in solo meo & de meo proprio, de latitudine v pedum & profunditate iiij pedum, hayam, metas & bundas, quociens viderint expedire & cum opus fuerit, reficere in solo & de solo meo predicto, sine aliquo impedimento vel aliqua occasione mei seu heredum meorum, inter terram que quondam fuit Ricardi le Paumer & Willelmi de Neuman, in villa de Hudden', & terram meam imperpetuum, Ita scilt. quod nec ego, nec heredes mei, propter defectum clausture supradicte aliquod dampnum incurramus. Et vt hec . . . [sealing clause].

1160.

A. p. 271, b.

Confirmed E ii, No. 73.

[Charter of Edmund, Earl of Leicester, confirming to the Church and Canons of St. Frideswide the Manor of Hidden and the vill of Edington.]

[1284, May 27.] *Carta confirmacionis Edmundi Comitis Leycestrie*[3].

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Edmundus, f. inclite recordacionis Henrici illustris Regis Anglie, Salutem in Domino. Sciatis quod, inspectis cartis & libertatum confirmacionibus antecessorum nostrorum

[1] Spelling illegible in O. C. [2] Witnesses O. C. only. [3] Edmund, second son of Henry III, cr. E. of Leicester 26th Oct. 1265. Doyle, *Bar.* ii. 340.

factis Ab. & Monachis Beccensibus & Eccl. B. F. Oxon' & Can. . . [&c.] de Manerio de Hudden' iuxta Hungreford & villa de Edineton', cum suis pert., & inspecta composicione facta inter Ab. & Monachos Beccenses & Pr. & Con. Eccl. S. F. Oxon' super Manerio predicto & villa de E., in presencia domini Pape Eugenij, & per ipsum confirmata, nolentes concessiones & confirmaciones antecessorum nostrorum impugnare, infringere vel infirmare, quas feliciter tueri debemus & tenemur, concessimus . . . [&c.] Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] predictum Manerium de H. & villam de E., cum omnibus eorum pert., in puram, liberam & perpetuam elemosinam, imperpetuum, sine aliquo seruicio seculari, exaccione vel contribucione nobis vel heredibus nostris faciendo, sicut antecessores nostri predictum Manerium & villam, cum eorum vbique pert., eisdem Can. concesserunt, & per cartas suas quas inspeximus imperpetuum confirmauerunt. In cuius rei, &c.[1] Dat. apud Leic', in crastino S. Augustini Episcopi, A° regni Regis Edwardi, domini & fratris nostri carissimi, xij°.

1161.

A. p. 272.

[Quit claim by Edmund Earl of Leicester of all right in the court of the Prior and Convent of St. Frideswide, and authorizing them to hold the same either with or without the assistance of his bailiff.]

Confirmacio supradicti Edmundi de libertatibus ibidem. [1291, Sept. 14.]

Vniu. ad quos . . . [&c.] Edmundus, f. inclite recordacionis Henrici Regis Anglie, Salutem in Domino. Sciatis quod per finem x marcarum, quem dilectus nobis in Xpo Robertus Pr. S. F. Oxon' fecit nobiscum, concessimus, remisimus & quietum clamauimus, pro nobis & heredibus nostris, eidem Pr. & eiusdem loci Con. & eorum successoribus imperpetuum quicquid ad nos, vel heredes nostros, pertinet, vel pertinere possit quoquo modo, racione Visus Franciplegij, quem clamant habere ab antiquo in Manerio suo de Hudden' iuxta Hungorford, de hominibus suis de H. & Edineton', de Honore Leic', volentes & concedentes, pro nobis & heredibus nostris, quod predicti Pr. & Con. & eorum successores & eorum homines de H. & E., de Honore predicto, quieti sint de cetero ab omni exaccione & contribucione, racione predicta, imperpetuum, Ita tamen quod Balliuus noster & heredum nostrorum, qui pro tempore fuerit in Manerio de Hungerford, intersit dicto Visui Franciplegij bis singulis annis, quum ab eis fuerit requisitus,

[1] No. 1160 ends here.

ad videndum tantummodo quod iusticia fiat ibidem, nichil aliud capiendo vel exigendo ab eisdem. Et si predictus Balliuus ad curiam dicti Visus venire [non] voluerit, facta ei [premonicione][1] viij dierum per predictum Pr. & successores suos aut Balliuos suos apud Hungreford, tunc bene licebit eisdem curiam suam predictam tenere absque calumpnia nostri, vel heredum nostrorum. In cuius rei test' &c. Dat. apud Lothgarsale[2], in festo exaltationis S. Crucis, A° regni Regis E., domini & fratris nostri carissimi, xix°.

1162.

A. p. 272, b.

[Charter of Henry Earl of Lancaster confirming that of his father.]

[1344,] Nov. 12. *Confirmacio Henrici Ducis Loncastrie*[3] *super eisdem.*

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Henricus de Loncastr', Comes Leic', Salutem in Domino. Inspeximus cartam[4] nobilis patris nostri Edmundi, inclite recordacionis Henrici illustris Regis Anglie f., quam fecit Pr. & Can. S. F. Oxon' in hec verba :—

Vniu. S. Matr. Eccl. fil. &c.

Volentes concessiones & confirmaciones dictorum nobilis patris nostri & aliorum antecessorum nostrorum manu tenere et tueri, vt tenemur, concessimus . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] predictum Manerium de Hudden' et villam de Edineton', cum omnibus eorum vbique pert. suis, in liberam, puram et perpetuam elemosinam imperpetuum, sine aliquo seruicio seculari . . . [&c.] nobis vel heredibus aut successoribus nostris faciendis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Dat. London' in Eccl. S. Martini magni London', xij° die Nouembris, A° regni Regis E., domini & consanguinei nostri carissimi, xviij°.

1163.

O. C. No. 112.

[Reginald de la Hyde to John Gereberd and John his son. Conveyance of all his land and a tenement in the Hide.]

[1306, Nov. 1.] Sc. pres. & fut. quod Ego Reginaldus de la Hyde, f. Reginaldi de la Hyde, dedi . . . [&c.] magistro Iohanni Gereberd de Oddestok &

[1] premunicione MS. [2] Ludgershall, Bucks, 2½ m. N. by E. of Brill. [3] Henry, Earl of Lancaster, son of Edmund Earl of Leicester, cr. 1324, d. 1345. The dukedom was not created till 1352, when it was conferred on Henry, son of the above. Doyle, *Bar.* ii. 311–13. [4] No. 1160.

Iohanni f. eius, & eorum heredibus siue assignatis, totam terram & tenementum que habui, vel aliquo modo habere potui, in la Hide iuxta Hudden', in parochia de Hungerford, cum boscis, pratis, pascuis, pasturis, piscariis, & omnibus aliis pert., seu appendiciis quibuscunque, Habenda . . . [&c.], iure hereditario, imperpetuum, Faciendo inde annuatim capitalibus dominis feodi illius seruicia inde debita & consueta. Et ego . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] predictus magister I. & I. f. eius dederunt michi x marcas sterlingorum pre manibus in Gersumam. Et vt hec . . . [sealing clause]. Hiis testibus, Dominis Henrico Tyers, Willelmo de Harden' Milite, Andrea de Hantot, Iohanne Cokerel, Ricardo de Aylston', Ada de Fauelore, Iohanne Homeden, Iohanne Terry, & multis aliis. Dat. apud Nouam Sar' die Martis in festo omnium Sanctorum, A° regni Regis E. f. Regis H. xxxiiij°.

1164.

A. p. 278. O. C. No. 114[1].

[Henry le Tyers to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in the Hide and in a carucate and a half of land and twelve acres of wood in Hidden and Edington.]

Relaxacio Henrici le Tyers de la Hide predicta, j carucata & dimidia terre & xij acris bosci ibidem. **[1314, Sept. 29.]**

Omn. Xpi fid. . . [&c.] dominus Henricus le Tyers Salutem in Domino sempiternam. Noueritis me concessisse, remisisse &, de me & heredibus meis & assignatis, imperpetuum quietum clamasse Pr. S. Frydeswyde Oxon' & eiusdem loci Con. & eorum successoribus imperpetuum totum ius & clamium quod habui, uel aliquocunque iure habere potui, in j tenemento quod uocatur la Hide, & in j carucata & dimidia terre, & xij acris bosci, cum omnibus aliis pert., in Huddene[2] & Edeneton'[3], Ita viz. quod nec ego dictus H., heredes nec assignati mei, nec aliquis alius per me seu eciam pro me, in predictis tenemento, terra & bosco, cum suis pert., aliquid iuris uel clamei[4] de cetero exigere uel uendicare ualeamus[5] imperpetuum, set ab omni accione qualitercunque michi & heredibus uel assignatis meis, racione dictorum tenementi, terre & bosci, pertinente imperpetuum per hoc scriptum meum quiete clamancie simus exclusi. In cuius rei . . .

[1] In good condition. Transcript therefrom. [2] Hudden'. [3] Edineton'. [4] clamij. [5] poterimus.

[sealing clause]. Hiis testibus [1], Iohanne Homeden, Iohanne le Deyere, Waltero Caperugge, Waltero de Polesden', Waltero Pynel, Henrico le Noreys, Ricardo de la Sale de Hungerford, & multis aliis. Dat. apud Chilton' [2], die Dominica in festo S. Michaelis, A° regni Regis E. f. Regis E. viij°.

1165.

A. p. 277, b. O. C. No. 115 [3].

[Alan, brother and heir of Stephen de Hanville, to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in property situated in the Hide, adjoining Hidden.]

[1316, Oct. 23.] *Carta quiete clamancie de la Hide ibidem.*

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Alanus, frater & heres Stephani de Ha[nuill'] [4], Salutem in Domino. Noueritis me remisisse, relaxasse & omnino, pro me & heredibus meis, imperpetuum quietum clamasse Pr. S. Frideswyde Oxon' & eiusdem loci Con. & eorum successoribus totum ius & clamium quod habeo, vel habui, seu quocunque modo habere potui, in omnibus terris & tenementis, pratis, boscis, pasturis, redditibus, seruiciis & omnibus aliis quibuscunque pert. suis, in la Hyde iuxta Hudden', [5] in parochia de Hungerford, simul cum j messuagio & x acris terre & omnibus aliis pert. suis in Edyneton' [5], Ita viz. quod nec ego predictus A., nec heredes mei, nec aliquis alius nomine nostro, in predictis terris & tenementis, cum omnibus suis pert., sicut predictum est, de cetero aliquid iuris uel clamii exigere uel uendicare poterimus, set ab omni accione simus exclusi imperpetuum. In cuius rei . . . [sealing clause]. Hiis testibus [1], Petro de Walingeford, Nicholao de Marisco, Willelmo de Mershton', Iohanne de Fallese [6], Willelmo de Wyke, Iohanne de Suth Morton', Waltero de Bona Villa & multis aliis. Dat. apud Westm' die Sabbati proxima post festum S. Luce Euangeliste, A° regni Regis E. f. Regis E. x°.

[1] Witnesses O. C. only. [2] Chilton Foliat, Wilts, 2 m. N.W. of Hungerford. [3] Endorsed, S. Frideswide, x. E. ii. In fair condition. Transcript therefrom. [4] Supplied from A. [5–5] For this A reads, Edineton', Cherleton' et Scutescumbe, which seems to indicate that possibly there were two distinct Charters. [6] This name is doubtful.

1166.

A. p. 277, b.

[John Gereberd to the Prior and Convent of St. Frideswide. Quit claim of all right in all property in the Hide and in a messuage and ten acres of land in Edington.]

Alia eciam quieta clamacio de la Hide, j messuagio et x acris terre in Edineton'. [c. 1320-30.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Iohannes, f. Iohannis Gerberd de Oddestoke, eternam in Domino Salutem. Noueritis me remisisse et omnino quietum[1] clamasse, de me & heredibus meis, imperpetuum Pr. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. & eorum successoribus totum ius & clamium quod habeo, vel habui, vel quocunque modo habere potui, in terris & tenementis, pratis, boscis, pasturis, redditibus, & in omnibus alijs quibuscunque pert. suis, in la Hydde iuxta Hudden', in parochia de Hungerford, simul cum j messuagio & x acris terre & omnibus alijs pert. suis in Edineton', Ita viz. quod nec ego I., nec heredes mei, nec assignati mei, nec aliquis alius per me, seu eciam pro me, [in][2] predictis terris & tenementis, pratis, boscis, pasturis, redditibus, cum omnibus vbique suis pert., aliquid iuris vel clamij exigere vel vendicare valeamus imperpetuum, set ab omni accione qualitercunque michi, vel heredibus meis vel assignatis meis, in predictis terris seu tenementis & in omnibus alijs pert. [pertinente] per hoc scriptum acquietancie mee imperpetuum simus exclusi. In cuius rei, &c.

1167.

A. p. 278, b.

[Before the Court of King's Bench at York. Alice, widow of John Gereberd v. the Prior of St. Frideswide for recovery of a third part of a messuage, a windmill, 190 acres of land, and 40*s.* rent. Suit remitted to the Bishop of Winchester to report.]

Recordum cuiusdam placiti in Banco Regis apud Ebor', termino S. Hillarij, A° regni Regis E. iij. xj°, coram Iohanne de Stonore, &c., Rotulo cxx°, de certis terris & tenementis ibidem, Berk'. [133$\frac{6}{7}$.] **Hilary Term.**

Alicia que fuit vxor Iohannis Gerberd, per Iohannem de Coliford Attornatum suum, petit versus Pr. Eccl. S. F. Oxon' terciam partem

[1] Omnino per quietum MS. [2] et ib.

j messuagij, j molendini ventici, cxx acrarum terre, xx acrarum prati, x acrarum bosci, xl acrarum pasture, xls. redditus cum pert., in Hudden', vt dotem, &c., ex dotacione predicti I., quondam viri sui, &c. Et Pr. per Willelmum de Mershton' Attornatum suum venit, et dicit quod predicta A. non debet inde dotem habere, &c., quia dicit quod eadem A. nunquam fuit predicto I. G. legitimo matrimonio copulata, et hoc paratus est verificare, vnde petit iudicium, &c. Et A. dicit quod ipsa fuit predicto I. legitimo matrimonio copulata et desponsata eidem I. in Capella de Northchardeford in Comitatu de Suth', et hoc parata [est] verificare vbi et quum, &c. Et quia huius cause cognicio ad forum spectat Ecclesiasticum, mandatum est Episcopo Winton', loci illius Diocesano, quod, conuocatis coram eo conuocandis, [super rei veritatem][1] diligencius inquirat, et quid inde inquisierit constare faciat Iusticiarijs hic in iij septimanas Passch' per litteras suas patentes. Idem dies datus est partibus predictis hic, &c. Cessat processus.

1168.

A. p. 282. O. C. No. 117[2].

[Before the Commissary of the Archdiocese of Canterbury. The Prior and Convent of St. Frideswide prove their right to an annual payment of 4s. from the Churches of St. Lucian and St. Leonard at Wallingford and certain tithes at Hungerford.]

1331, [Nov. 7.] *Dimissio Commissarij Cant' super Capella & decimis ibidem & pensione in Walyngford.*

Pateat vniu. per pres. quod cum Pr. Mon. S. F. Oxon' & eiusdem loci Con. super percepcione annue pensionis iiijs. sterlingorum de Ecclesijs S. S. Leonardi & Luciani Walyngford, necnon super percepcione decimarum maiorum & minorum de Manerio suo infra limites parochie de Hungerford, Sar' diocesis, proueniencium, ac ij garbarum de terris rusticorum suorum, dicte Eccl. de H. parochianorum, necnon super Capella eorundem in eodem Manerio constructa, coram nobis Roberto de Eston', Rectore Eccl. de Estry, Cant' diocesis, ac ad corrigenda & punienda crimina & defectus in visitacione metropolitica venerabilis patris & domini domini Simonis, D. G. Cant' Archiepiscopi, tocius Anglie Primatis, in dicta Sar' diocesi nuper facta, delato Commissario, vna cum magistro Roberto de Brok de

[1] rei veritatem super MS.

[2] About a fourth gone from the left-hand side. Transcript from A.

Cheryngg', Cantuar', & Iohanne de Fylgraue de Slyndefold[1], Cicestr' diocesis, Ecclesiarum Rectoribus, cum illa clausula coniunctim & diuisim, specialiter deputato, fuissent iudicialiter impetiti, ijdem Pr. & Con., certis die & loco sibi in hac parte assignatis, coram nobis Commisario memorato sufficienter comparentes, super percepcione dictarum pensionis & porcionis ac super dicta Capella exhibuerunt munimenta, super quibus, habita deliberacione aliquali, eosdem Pr. et Con. ab officio nostro dimisimus absolutos. In cuius rei, &c. Dat. apud Abyndon'[2], vij Idus Nouembris, A.D. M°CCC°XXXJ°.

1169.

A. p. 282, b. O. C. No. 117[3].

[Before the Commissary of the Diocese of Salisbury. The Prior and Convent of St. Frideswide prove their right to certain tithes at Hungerford.]

Dimissio Commissarij Sar' Episcopi super eisdem. [133½, Mar. 7.]

PATEAT vniu. per pres. quod cum Pr. & Con. Mon. S. F. Oxon' super percepcione decimarum maiorum & minorum in Manerio suo infra limites parochie de Hungerford, Sar' diocesis, prouenienciumm, ac ij garbarum de terris rusticorum suorum dicte Eccl. de Hungurford parochianorum, necnon super Capella eorundem in eodem Manerio constructa, coram nobis Ricardo Barnabe, Rectore medietatis Eccl. de Tollard, Sar' diocesis, venerabilis viri domini Bernardi, vnientis Canonici S. Emiliani, Bordegalenc' diocesis, venerabilis in Xpo patris domini Reymundi[4], D. G. S. Marie Noue Diaconi Cardinalis & Decani Sar', Procuratore & Vicario in Anglia generali Commissario in hac parte deputato, fuissent iudicialiter impetiti, ijdem Pr. & Con., certis die & loco sibi in maiori Eccl. Sar. assignatis, coram nobis sufficienter comparentes, super percepcione dicte porcionis ac super dicte Capelle iuris titulo fide nobis facta, ipsos Pr. et Con. ab officio nostro dimisimus absolutos. In cuius rei, &c. Dat. apud Sar', Non. Marcij, A.D. M°CCC°XXXJ°.

[1] Slyndfold. [2] Abbyndon'. [3] See note 2, p. 352.
[4] Reymund de la Goth, or 'de Fargis,' Cardinal Deacon of S. Maria Nuova 1311–46, was nephew of Clement V, by whom he was appointed to the Deanery. Jones' *Fasti Eccl. Sarisburiensis*, p. 313.

1169*.

Patent Roll, 6 Edw. III, part 2, memb. 11.

[Royal Licence for the Prior and Convent of St. Frideswide to give two bushels of wheat weekly from their Manor of Hidden to the Master and Brethren of St. John's Hospital Calne.]

[1332.] Sep. 13. *Pro Priore & Fratribus Hospitalis S. Iohannis de Calne.* [marg.]

Rex omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali concessimus & licenciam dedimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Xpo Pr. & Con. S. Frideswide Oxon' quod ipsi ij bussellos frumenti dare possint & concedere dilectis nobis in Xpo Magistro & Fratribus Hospitalis S. Iohannis de Calne, percipiendos & habendos sibi & successoribus suis qualibet septimana de Manerio ipsorum Pr. & Con. S. F. de Hudden in Comitatu Berk' imperpetuum, Et eisdem Pr. & Fratribus Hospitalis quod ipsi dictos ij bussellos frumenti qualibet septimana de Manerio predicto percipere possint & habere sibi & successoribus suis predictis imperpetuum, sicut predictum est, tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, Nolentes quod predicti Pr. & Con. S. F., vel successores sui, seu predicti Pr. & Fratres Hospitalis, aut successores sui, racione statuti predicti per nos vel heredes nostros inde occasionentur in aliquo seu grauentur. Teste, Rege apud Westm', xiij° die Septembris.

Per breue de priuato sigillo.

1170.

A. p. 284.

[Edward III to the Bailiffs of the Duke of Lancaster. Writ directing them to abstain from certain demands which they were making on the Prior of St. Frideswide, on the plea that he owed aids to the Duke on the marriage of his daughter.]

[1375.] Oct. 28. *Copia breuis, directi Balliuis Ducis Loncastr' apud Hungerford, pro relaxacione racionabili [auxilij]*[1] *quod predictus Dux peciit de predicto Manerio pro filia sua maritanda, & virtute istius breuis Manerium de dicto auxilio penitus exstitit exoneratum.*

Edwardus Rex Anglie, &c. Balliuis Iohannis, Regis Castelle &

[1] consilij MS.

Legionis, Ducis Loncastr', de Hungerford, Salutem. Cum Edmundus, quondam Comes Loncastre & Leic', per cartam suam[1] quam celebris memorie E. nuper Rex Anglie pater noster confirmauit, inter cetera concessisset, & dicta carta sua confirmasset, Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . . [&c.] Manerium de Hudden' & Villam de E., cum omnibus eorum pert., in puram liberam & perpetuam elemosinam, sine aliquo seruicio seculari, exaccione vel contribucione eidem Comiti vel heredibus suis faciendis, sicut antecessores sui Manerium & Villam predicta, cum vbique eorum pert., eisdem Can. concesserunt, prout in litteris confirmacionis[2] ipsius patris nostri patentibus plenius continetur, Ac iam ex querela dilecti nobis in Xpo nunc Pr. dicti loci S. F. nobis est grauiter conquerendo monstratum quod, licet ipse, pretextu carte & confirmacionis predictarum, dicta Manerium & Villam de auxilijs ad filias maritandas, et de alijs quibuscunque seruicijs secularibus, quieta et exonerata tenere, & animalia que dicuntur Wayf in eisdem Manerio & Villa habere debeat, Et predictus Pr. et predecessores sui, Pr. eiusdem loci, a tempore confeccionis earundem carte & confirmacionis hucusque, predicta Manerium & Villam cum pert. absque huiusmodi auxilijs & alijs seruicijs quieta & exonerata tenuerunt, & huiusmodi animalia in dictis Manerio & Villa habere consueuerunt, vos nichilominus prefatum Pr. pro auxilijs ad primogenitam filiam domini vestri prefati maritandam, racione dictorum Manerij & Ville, ac si ea per seruicium militare tenuisset cum non teneat, distringitis, & huiusmodi animalia in Manerio & Villa predictis ad opus domini vestri exigitis, ipsum que Pr. ea occasione inquietatis & grauatis minus iuste, in ipsius Pr. dispendium non modicum & grauamen, & contra tenorem cartarum & confirmacionis predictarum, Et quia eidem Pr. iniuriari nolumus, in hac parte vobis precipimus quod, si ita est, tunc ab huiusmodi districcionibus, inquietacionibus & grauaminibus eidem Pr. ea occasione inferendis desistentes, ipsum dicta Manerium & Villam cum pert. de huiusmodi auxilijs quieta & exonerata tenere, & huiusmodi animalia habere [sinatis, prout] debet iuxta tenorem carte et confirmacionis predictarum, & prout ipse & predecessores sui predicti Manerium & Villam predicta de huiusmodi auxilijs quieta & exonerata tenere, & huiusmodi animalia in eisdem habere a [tempore] predicto hucusque racionabiliter consueuerunt, Et districciones eidem Pr. sine dilacione relaxetis. Teste, Rege apud Westm', xxviij° die Octobris, A° regni nostri Anglie xlix°[3], & Francie xxxv°[3].

Notandum quod dictum breue irrotulatur in rotulo clauso de eodem anno supradicto in Cancellaria dicti domini Regis.

[1] No. 1160. [2] No. 73. [3] There is a discrepancy in these dates. Probably xxxv is an error for xxxvj.

1171.

A. p. 282, b.

[Customary works and services of the tenants of the Manor.]

Memorandum quod Manerium supradictum per cartas plurium Regum & Summorum Pontificum, vt supra patet in dicti Mon. fundacione, & infra inter confirmaciones, &c. Habet eciam ibidem predictum Mon. Infangetheof & Vtfangetheof, Wayf et multas alias libertates, cum pillorio & furcis. Et tenentes dicti Mon. apud Chilton' & Solley veniunt ad curiam ibidem bis in anno, &c.

Sequitur de operibus, seruitutibus et consuetudinibus tenencium ibidem ab antiquo vsitatis.

Quilibet tenens j virgatam terre in Manerio de E. soluet pro eadem singulis annis ad festum B. Michaelis ij*s.* iij*d.* ob., ad Purificacionem B. Marie xx*d.* et ad festum B. Iohannis Baptiste xx*d.* Et debet singulis annis in yeme circa festum B. Michaelis, quando vocatus fuerit, j Beuerdam & [herciare [1]] eandem. Debet eciam circa festum B. Martini reddere dimidium quarterium puri frumenti de veteri bussello, quod vocatur Churchet. Et [dabit][2] ad festum S. Martini pro quolibet porco superannuato j*d.*, pro porco dimidio anno j ob., & habebit ij porcos suos cum porcis domini in bosco & in campo vsque ad festum B. Martini. Faciet eciam aliam Beuerdam in Quadragesima, quando vocatus fuerit, & herciabit vsque ad nonam sine cibo, & si per totum diem herciauerit, habebit cibum ad nonam, similiter habebit in yeme, si simili modo herciauerit. Item debet circa festum S. Iohannis Baptiste warectare j acram similiter ad quamlibet aruram. Debet eciam circa festum B. Michaelis parare j quarterium brasij de nouo bussello & percipere ad illud siccandum fasculum foraginis vel bosci, vel pro huiusmodi opere dabit ij*d.* Item debet auerare apud Oxon' ter, scilt. ad quamlibet Beuerdam dimidium quarterium de veteri bussello cuiuslibet bladi. De auena tamen duplicare debet, & Custos Manerij liberabit cuilibet aueranti j*d.*, vel pro quolibet aueragio debet arare j acram, si Custodi placuerit. Debet eciam lauare oues & tondere cum agnis, & percipere debet casium illius diei post plenam tonsionem cum participibus suis & sotarijs. Item debet serculare per j diem sine cibo ante prandium, & si per diem integrum, habebit ad nonam cibum. Item debet falcare in prato suum Saywyne, vna cum participibus suis, vsque ad plenam

[1] heretare MS. [2] dabunt ib.

falcacionem, & habere herbam suam sicut poterit cum manubrio suo leuare sue falcis, quod si fregerit amittet herbam suam eo die & erit in misericordia domini. Debet eciam fenum spargere, leuare, & ad grangia cariare, & ibidem cum auxilio cotariorum vbi Custos prouiderit tassare, & habere multonem cum participibus suis, & j scutellam salis, & boscum ad prandium suum coquendum, & quilibet habebit panem competentem ad j pastum. Si aliquando debeat fossare, fossabit xvj pedes & dimidiam in longitudine, & iij pedes in latitudine, & in profundo j pedem & dimidiam. Si debeat claudere, claudet xvj pedes & dimidiam, & quietus sit. Si Custos Manerij voluerit cooperire domum, idem inueniet j hominem vsque ad terciam [diem] ad domum cooperiendum, vel virgas colligendum, vel aliquod aliud opus faciendum. Si dominus habeat bladum in grangia ad triturandum, debet triturare iij bussellos de veteri bussello de quolibet blado, preterquam de auena, de qua debet duplicare, post cuiuslibet bladi trituracionem debet illud ventilare & reponere vbi Custos prouiderit. Item quum bladum est maturum ad metendum, debet metere quilibet dimidiam acram dum Pr. habet ad metendum, preter diem Sabbati & communis festi, scilt. die Lune, Mercurij & die Veneris metet nomine operis. Die vero Martis & die Iovis metet dimidiam acram, de qua eliget ij garbas legales meliores quas deferet ante Custodem, qui eliget meliorem ad opus domini, alia sibi remaneat. Item debet ad iij precarias, si domino placuerit, cum ij hominibus metere, cum cibo domini, ad nonam scilt. & ad vesperam. Prouideat eciam Custos Manerij quod terras illas quas in manu cepimus & tenemus, cum familia sua & hominibus conductis, metere faciat & maxime terras illas vltra Norden'. Debet eciam ex gracia virgatarius metere si necesse fuerit cum j homine, et habebit cibum ad nonam & ad vesperam vt supra. Et sciendum est quod quum ad precarias vocantur, tam [virgatarij] [1] quam cotarij sole oriente debent venire & eo occidente debent recedere. Item debet cariare bladum domini per iiij dies, vel v in autumpno, & habebit garbam vt supra. Quum debet ligare bladum in autumpno, ligabit acram & dimidiam, & quietus sit eo die. Item debet falcare stipulam in autumpno cum j homine et colligere xij aceruulos, & sic quietus erit. Quum debet fimum cariare, cariabit x cophinos fimo plenos ex parte australi Bihildestr', & xij cophinos ex parte aquilonari eiusdem B., similiter ex parte australi de la Dene. Item propositus erit quilibet de huiusmodi tenura pro voluntate domini, sit & capitalis decenarius. Nec potest aliquis [virgatarius] [2] filium suum seu filiam, nec equum nec bouem vendere, sine licencia domini. Omnes enim virgatarij in operibus, solucionibus, consuetudinibus, pares sunt &

[1] virgare MS. [2] virgatare ib.

eiusdem condicionis, quia scottare debent & loctare ad omnia dona & auxilia communia & priuata, que similiter debent facere dimidij virgatarij pro porcione sua, similiter & [cotarij] pro sua porcione. Item qualibet virgatarius & dimidius virgatarius nec non & [cotarius] [1] debet molendinum sequi & adiuuare ad canale, et ad gurgitem & ad pontem reparandum communiter, quociens necesse fuerit. Post decessum vero alicuius virgatarij, meliorem bouem seu bestiam habebit dominus. Et si intestatus decesserit, omnia catalla eius remaneant in disposicione domini. Quocienscunque coram Iusticiarijs itinerantibus vocati fuerint, dum ibi moram fecerint, iiij homines super custum ville erunt, quintus vero loco prepositi super custum domini erit.

1172.

A. p. 284.

[Customary works and services of the cottagers of the same.]

Opera, seruicia & consuetudines cotariorum ibidem.

Vnusquisque [cotarius] [1] soluet domino pro redditu xij*d.* ad iij terminos virgatariorum supradictos. [Debet] [2] eciam lauare oues & tondere cum agnis, cum virgatarijs, & habere vna cum illis, vt supranotatum est. Debet eciam leuare fenum & adumare in grangia ad dictum fenum reponendum, & venire ad ij precaria autumpnalia, ad quodlibet cum j [homine] [3], habere cibum vt supra virgatariorum, & si necesse fuerit, iuuabit ad j precariam cum j homine & cibo domini. Et debet serculare cum virgatarijs. Item debet sequi molendinum, & ad predicta adiuuare cum virgatarijs, & dabit ad festum B. Martini iij gallinas & j gallum, & pannagium dabit sicut virgatarij. Item debet colligere nuces, scilt. j tolhope, & si non potest vsque ad terciam per j diem, hoc idem facient omnes virgatarij. Post decessum vero cuiuslibet dimidij virgatarij dabit domino melius auerium suum vel precium. [Cotarius] [1] vero dabit xviij*d.* Et si intestatus decesserit, fiet de catallis eius vt supra de virgatarij. Et sciendum quod quilibet de Edineton' dabit pro vnoquoque auerio suo iij*d.* per ann.

[1] cotare MS. [2] debent ib. [3] heresa ib.

CHILTON[1].

1173.

A. p. 288.

[Henry Foliot to Richard Foliot. Gift of lands at the service of a pair of gilt spurs value 6*d.* per annum.]

Subsequentes iste ij carte ceteras cartas deberent precedere, quia sunt de antiquis feoffamentis tenementorum supradictorum. [c. 1200–10.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Henricus Folioth concessi . . . [&c.] Ricardo F. et heredibus suis totam terram cum pert. suis quam Radulphus F., frater meus primogenitus, dedit Rogero fratri dicti R., pro homagio & seruicio suo, in villa de Shilton', & totam terram cum pert. suis quam Radulphus Burdun tenuit de me & antecessoribus meis in Shilton', Habendas . . . [&c.], Reddendo inde annuatim michi & heredibus meis j par calcarium deauratorum de precio vj*d.* ad Pascha, pro omni seruicio, saluo seruicio domini Regis ad tantam terram pertinente.

1174.

A. p. 288.

[The same to Roger Foliot. Gift of lands in exchange.]

Ista carta demonstrat parcellas terre & tenementorum in Solleye. [c. 1200–10.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Henricus Folioth dedi . . . [&c.] Rogero F., pro homagio & seruicio suo, et in escambium illius terre quam ei dederat Radulphus F. frater meus, scilt. illius terre quam Iohannes f. Reiner tenuit in terra mea de Solleya[2], ij croftas terre quas Wluricus But tenuit, cum bosco eidem adiacente, & totam croftam, illam scilt. quam Sewinus de Hulla tenuit, propinquiorem scilt. Bruere de Solleya, sicut fossa circumcluditur, Et preterea concessi ei j pratum quod Ham vocatur in Westmed', vbi pratum adaquatur, scilt. illud Ham quod tenuit Ricardus Pretor. Omnes has terras prenominatas concessi ego H. prefato R., Tenendas . . . [&c.], quiete ab omni seruicio ad me pertinente, excepto regali, Reddendo inde annuatim j libram cimini, scilt. ad festum S. Michaelis.

[1] See n. 2, p. 350.

[2] Soley, a hamlet of Chilton parish.

1175.

A. p. 287.

[Richard Foliot to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of lands.]

[c. 1210–20.] *Carta Ricardi Foliot de j virgata terre in Chilton' & de terra in hamello de Solleye, &c.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Ricardus Folioth, intuitu Dei, & pro salute anime mee, & animabus antecessorum & successorum meorum, & anima Matilde vxoris mee, dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.] totam terram cum pert. quam Rogerus F. frater meus tenuit in Solleye, & j virgatam terre, cum pert. suis, quam Radulphus Burdun tenuit, quas terras Henricus F. michi dedit pro homagio & seruicio meo, Habendas . . . [&c.], cum messuagijs, edificijs, redditibus & omnibus alijs pert. & aisiamentis suis, in bosco & in plano, in pratis & pasturis, vijs & semitis. Quare volo quod dicti Can. habeant & teneant omnia predicta libere . . . [&c.], Reddendo inde annuatim heredibus Henrici F. j par [esporiorum][1] deauratorum vel vj*d.* ad festum S. Michaelis, pro omni seruicio . . . [&c.], saluo forinseco seruicio domini Regis, quantum pertinet ad tantum tenementum de eodem feodo, sicut carta H. F. racionabiliter testatur. Dicti vero Can. defendent & acquietabunt dictam terram cum pert. versus omnes homines & feminas imperpetuum. In cuius rei . . . [sealing clause].

1176.

A. p. 287.

Confirmed E ii, No. 73.

[Henry Foliot to the same. Confirmation of the above.]

[c. 1210–20.] *Confirmacio Henrici Folioth de terra predicta & relaxacio redditus.*

Sc. pres. & fut. quod Ego Henricus Folioth concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, j virgatam terre in C. quam Rogerus F. ibidem tenuit, & totam illam terram quam idem R. tenuit in hamello de Solleye, cum omnibus pert. suis, quas terras Ricardus F. predicte Eccl. & antedictis Can. dedit & concessit, Habendas . . . [&c.], imperpetuum . . . [&c.], absque omni seruicio . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. In cuius rei testimonium, &c.

[1] esponorum MS.

1177.

A. p. 287, b.

Confirmed E ii, No. 73.

[Sampson Foliot to the same. Confirmation of his father's gift.]

Alia carta Sampsonis Folioth de terris & tenementis prenotatis. [c. 1240.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Sampson'[1] Folioth, f. Henrici F., concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, j virgatam terre in C. quam Rogerus F. ibidem tenuit, & totam illam terram quam idem R. tenuit in hamello de Solleye, cum omnibus pert. suis, quas terras Ricardus F. predicte Eccl. S. F. & Can. eiusdem Eccl. dedit & concessit, Habendas . . . [&c.], imperpetuum . . . [&c.], absque omni seruicio . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty]. Et vt hec . . . [sealing clause].

1178.

A. p. 287, b.

[The Prior of St. Frideswide and Sampson Foliot. Final concord, the latter remitting all services due in respect of the above-named lands.]

Finalis concordia facta in Curia Regis de terris et tenementis predictis. [1241, June 30.]

Hec est finalis concordia facta in Curia domini Regis apud Wilton' a die S. Trinitatis in iij septimanas, A° regni Regis H. f. Regis I. xxv°, coram Roberto de Lexinton', Radulpho Suilleg'[2], Willelmo de Culewith[3], Iollano de Newill', & Roberto de Haya, Iusticiarijs itinerantibus, & alijs domini Regis fidelibus tunc ibi presentibus, inter Willelmum Pr. S. F. Oxon' querentem, per Henricum Inge positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, & Sampsonem Folioth impedientem, de consuetudinibus & seruicijs que idem S. exigit a predicto Pr. de libero tenemento suo quod de eo tenet in C. & Solleye, & vnde idem Pr. questus fuit quod predictus S. exigebat a predicto Pr. quod faceret ei per ann. pro predicto tenemento sectam ad curiam suam de Chilton' de iij septimanis in iij septimanas, & quas consuetudines & seruicia idem Pr. non recognouit. Et vnde placitum fuit inter eos in eadem Curia, scilt. quod predictus S. remisit & quietum clamauit, de se &

[1] Was Governor of Oxford Castle, 52 H. III, D. B. i. 679. [2] prob. Ralph de Sudley. [3] William de Culeworth.

heredibus suis, predictum Pr. et successores suos de predicta [secta] imperpetuum. Et pro hac remissione, quieta clamancia, fine & concordia idem Pr. dedit predicto S. ij marcas argenti.

CLIFTON[1].

1179.

A. p. 288, b.

[Bartholomew of Clifton to the Church and Canons of St. Frideswide. Gift of half a virgate of land and two acres of meadow.]

[c. 1200–10.] *Carta de dimidia virgata terre et ij acris prati ibidem.*

Sc. pres. et fut. quod Ego Bartholomeus de C. concessi . . . [&c.] Eccl. S. F. de Oxon' & Can. . . [&c.], in perpetuam elemosinam, dimidiam virgatam terre mee arabilis in C. & ij acras prati, cum omnibus pert. suis, in pratis viz. & pascuis, & in omnibus alijs libertatibus, Tenendas perpetuo . . . [&c.], Reddendo inde singulis annis j libram cimini ad Natale Domini, pro omnibus seruicijs michi vel heredibus meis pertinentibus, saluo seruicio domini Regis. Et sciendum quod in predicta dimidia virgata sunt xj acre & dimidia, ex quibus j acra est super Sandhilla, et j in le Cleya, & j in Wofurlang', et j contra Dunam, et ij abutissant in Fossetum de Coleham, et j est super Soleshill', & iij sunt super Scanland, et j est iuxta domum Willelmi Crispi, & dimidia acra est in valle de Wadyne, et j acra prati est in Shorthmede, & dimidia acra est super Medelhurst, et alia [dimidia] acra est Churcheforlang'. Hanc dimidiam virgatam, scilt. xj acras et dimidiam, et ij acras prati, sicut prediuisum est, dedi . . . [&c.] prescripte Eccl. & Can. . . [&c.], et warantizabo eis contra omnes homines. Et vt hec . . . [sealing clause].

1180.

A. p. 288, b.

[Robert Matham to the same. Confirmation of the above gift.]

[c. 1200–10.] *Carta Roberti Matham de terris & pratis supradictis.*

Not. sit omn. pres. & fut. quod Ego Robertus de Matham dedi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in perpetuam

[1] Clifton Hampden, Oxon, 2 m. W.N.W. of Dorchester.

elemosinam, dimidiam virgatam terre in C. [quam Bartholomeus de C.] dedit michi pro homagio meo, Tenendam, cum omni iure & libertate, sicut idem B. concessit tenendam, Reddendo viz. inde predicto B. & heredibus suis j libram de cimino, pro omnibus seruicijs, sicut carta eiusdem B. testatur, quam prefatis Can. in testimonium tradidi, saluo seruicio domini Regis. Et pro donacione predicte terre prenominati Can. dederunt michi R. caritatiue xx*s*. Et vt hec . . . [sealing clause].

1181.

A. p. 289.

[Nicholas of Bridecote to the same. Confirmation of the above gift, with remission of the rent of 1 lb. of cummin, and gift of other land.]

Carta Nicholai de Bridecote de predictis terra & prato et de relaxacione redditus dicte libre cimini, necnon de iij acris terre et j acra prati in villa & campis prenominatis. [c. 1200–10.]

Sc. pres. & fut. quod Ego Nicholaus de Bridecote, f. Bartholomei de B., concessi . . . [&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in puram & perpetuam elemosinam, j dimidiam virgatam terre, cum omnibus pert., in C., illam scilt. quam Robertus de Matham eis dedit & concessit. Et preterea quietam clamaui predictis Can. j libram cimini quam solebant reddere michi annuatim pro prefata dimidia virgata terre. Et preterea dedi . . . [&c.] sepedictis Can. iij acras terre arabilis in campo de C., scilt. in Wodeford versus orientalem partem de la Blakeland, & j acram prati in Settesmed'. Hanc terram tenebunt predicti Can. libere & quiete, cum omnibus pert. suis, solutam & quietam ab omni seculari seruicio & exaccione, saluo seruicio domini Regis, quantum pertinet ad dimidiam virgatam terre. Vt autem hec . . . [sealing clause].

1182.

A. p. 289.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Gilbert the fisherman. Demise of the same lands.]

*Dimissio dimidie virgate terre predicte pro annuo redditu iij*s. *& j libre cimini.* [c. 1210–28.]

Omn. S. Matr. Eccl. fil. . . [&c.] Simon Pr. Eccl. S. F. Oxon' & totus eiusdem loci Con. Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas

vestra nos, de communi assensu & voluntate tocius Capituli nostri, concessisse . . . [&c.] Gilberto piscatori dimidiam virgatam terre in C. que fuit Roberti de Matham, Tenendam . . . [&c.], in feudum et hereditatem . . . [&c.], Reddendo nobis inde annuatim iij*s.* ad ij terminos anni, scilt. . . [18*d.* on Palm Sunday and at Michaelmas], et ad Natale Domini j libram Cimini, pro omni seruicio, saluo forinseco seruicio. Et predictus G. affidauit nobis quod ad terminos prenominatos redditum prescriptum nobis sine vexacione reddet, aut grantum nostrum inde faciet.

1183.

A. p. 289, b.

[Richard of Clifton to the Prior and Convent of St. Frideswide. Acknowledgment that he holds three acres of arable land and one acre of meadow of them at a rent of 8*d.* per annum.]

[c. 1220–30.] *Recognicio tenure iij acrarum terre & j acre prati pro redditu viij*d. *per ann.*

Sc. pres. et fut. quod Ego Ricardus de C. accepi de Pr. & Con. S. F. Oxon' iij acras terre arabilis in Wodeford, in campo scilt. de C., et j acram prati in prato de Bridecote quod vocatur Stettesmed', de feodo Nicholai de Bridecote, Habendas . . . [&c.], Reddendo inde annuatim Eccl. S. F. Oxon' viij*d.* ad festum S. Michaelis pro omni seruicio . . . [&c.].

CLAPCOTE[1].

1184.

A. p. 289, b.

[Geoffrey the cook to the Church and Canons of St. Frideswide. Confirmation of his grandfather's gift of twelve acres of land and an island at Dorchester.]

[c. 1230–40.] *Carta de xij acris terre in Clopcote et de j insula in Tamisia apud [Dorchecestr'],*[2] *&c.*

Sc. pres. & fut. quod Ego [Galfridus] cocus de Walyngford confirmaui . . . [&c.] donum Galfridi de W., aui mei, quod dedit . . .

[1] Clapcote, usually written in the text Clopcote, a liberty in All Hallows' Parish, Wallingford. [2] Worchecestr' MS.

[&c.] Deo & Eccl. S. F. Oxon' & Can. . . [&c.], in liberam & puram & perpetuam elemosinam, scilt. xij acras terre, vj scilt. in Elleforlang' & vj in Beche & Ellestube, et insulam in Tamisia apud Dorchecestr', quam Edmundus tenuit, liberam & quietam ab omni seruicio, pro salute . . . [&c.]. Et ego . . . [warranty].

1185.

A. p. 289, b.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to Simon Gernun. Demise of the same.]

Dimissio dictarum & insule & terre pro redditu vs. per ann. [1235–48.]

Omn. Xpi fid. . . [&c.] Willelmus dictus Pr. & Con. S. F. Oxon' Salutem in Domino. Nouerit vniuersitas vestra nos, vnanimi consensu, concessisse . . . [&c.] Simoni Gernun & heredibus suis, vel cuicunque dare vel assignare voluerit, exceptis omnibus Domibus religiosis preterquam nostra, totum tenementum illud quod Galfridus cocus de Walyngford dedit Eccl. nostre in Clopecota, scilt. vj acras terre arrabilis in j campo eiusdem ville & vj in alio, cum insula prati ad eandem terram pertinente, Habendas . . . [&c.], pro homagio & seruicio suo, libere . . . [&c.], Reddendo inde nobis vs. annuos ad ij terminos, viz. . . [*2s. 6d.* at Lady day and at Michaelmas], Ita tamen quod dictus S., vel heredes vel assignati eius, dictum tenementum non possint Iudeis inuadiare sine assensu & licencia nostra. Quod si illud vendere voluerint, nos illud retinebimus pro tam racionabili precio quantum alius pro eo dare voluerit. Et in huius rei . . . [sealing clause].

WALLINGFORD[1].

1186.

A. p. 290.

[The Prior and Convent of St. Frideswide to James Fitz-Nicholas of Wallingford. Demise of fifty-one acres of land.]

Notandum quod Aduocaciones Ecclesiarum S. S. Luciani & Leonardi in W., ad quas Capella de Sottewell' spectat, collate sunt prefato Mon. in fundacione eiusdem, vt patet in carta H. j aliorum que Regum &

[1] Wallingford, Berks, usually written in the text Walyngford.

Romanorum Pontificum, vt in fundacione, &c., insuper & infra inter confirmaciones Regum.

Habebat eciam idem Mon. ibidem, ex dono Ailwyni f. Edmundi, lj acras terre in Portemanfeld, cuius carta penes nos non reperitur.

[c. 1170–80.] *Postea tamen terra supradicta dimissa fuit Iacobo f. Nicholai de W. in feodo pro annuo redditu vs., saluis dicto Mon. decimis terre prenotate, vt patet inferius, &c.*

Not. sit pres. & fut. quod Ego Robertus Pr. S. F. & totus Con. noster concessimus Iacobo f. Nicholai de W. & heredibus suis lj acras terre, quas Ailwynus f. Edmundi dedit Eccl. nostre, que sunt extra portam australem W., in feudum & hereditatem, pro vs. annuatim reddendis, pro omni seruicio quod ad nos spectat, in die S. F., et seruicium quod ad Regem spectat ipse nobis reddet & nos Regi. In manu nostra decimas retinemus.

1187.

A. p. 290, b.

[The same and Christian of Wallingford. Agreement respecting the above-named tithes, that the latter shall hold them for his life, paying 6*d.* per annum.]

[c. 1170–80.] *Composicio super decimis predictarum terrarum inter Pr., &c., & magistrum Xpianum, vt infra.*

Robertus Pr. & Con. Eccl. S. F. Oxon' omn. fid. Salutem. Not. sit pres. et fut. quod, mota questione inter nos & magistrum Xpianum de W. super quibusdam decimis, viz. [lj][1] acrarum terre extra W., quas Ailwynus f. Edmundi Eccl. nostre contulit, ad hunc finem tandem amicabili composicione deuenimus. Magister X. hanc decimam iuste & libere et absque omni vexacione tenebit quo aduixerit, Reddendo annuatim nobis pensionem vj nummorum. Et ne hoc . . . [sealing clause].

1188.

O. C. No. 63.

[The same to William Fitz-Salewi of Wallingford. Demise of a messuage.]

[c. 1180–90.] Not. sit omn. tam pres. quam fut. quod Philippus Pr. & Con. Eccl. S. Friþeswiþe concesserunt Willelmo f. Salewi de Walingefordia totum masuagium quod fuit Cristiani Sacerdotis, Tenendum sibi & heredibus

[1] lij MS.

suis, in feudo & hereditate, libere & quiete & sine omni reclamacione, Annuatim reddendo pro eo masuagio Eccl. S. F. iij*s.*, pro omni seruicio, his terminis . . . [9*d.* quarterly, commencing Midsummer]. Hanc conuencionem Pr. & Con. supradicte Eccl. pacti sunt guarantiare W. supradicto & heredibus suis contra omnes homines, & idem W. affidauit quod ipse nullo malo ingenio aliquod dampnum supradicte Eccl. de ipso masuagio perquiret. His testibus, Rodberto f. Toni, Edmundo f. Osmundi, Rodberto de S. Rumballo, Gilleberto coruesario, Nigello coruesario, Ricardo f. Herberti, & teste toto Burhimot de Walingeford.

1189.

A. p. 290, b.

[The same to Clement of Wallingford, Clerk. Demise of rents amounting to 5*s.* 2*d.* per annum.]

Dimissio certorum redditiuum ibidem per Pr. Willelmum pro dimidia libra cimini soluenda inde per ann. [1235–48.]

Sc. pres. & fut. quod Nos Willelmus Pr. & Con. S. F. Oxon' concessimus . . . [&c.] Clementi de W., Clerico, totum redditum nostrum annuum quem habuimus infra burgum W., scilt. in parochia S. Luciani, de tenemento Alani de Tanner xvj*d.*, et de tenemento Andree le coruiser xxviij*d.*, in eadem parochia, et in parochia S. Leonardi versus portam australem de iij terris Hugonis Bulge xviij*d.*, Habendos . . . [&c.], Reddendo inde annuatim dimidiam libram cimini ad festum S. F., pro omni seruicio . . . [&c.]. Et nos . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dedit nobis dictus C. iiij marcas sterlingorum pre manibus in Gersumam. Et vt hec . . . [sealing clause].

1190.

A. p. 291.

[The same to Simon Raven. Demise of a tenement.]

Item alia dimissio cuiusdam tenementi iuxta atrium S. Rumaldi pro annuo redditu j libre cimini. [1235–48.]

Sc. pres. & fut. quod Nos Willelmus Pr. & Con. S. F. Oxon' concessimus . . . [&c.] Simoni Rauen de W. totum tenementum nostrum quod habuimus extra portam australem de W., [iuxta][1] atrium

[1] intra MS.

S. Rumaldi, ex parte australi, Habendum . . . [&c.], Reddendo inde annuatim j libram cimini ad festum S. F., pro omni seruicio . . . [&c.]. Et nos . . . [warranty]. Pro hac autem . . . [&c.] dedit nobis dictus S. j marcam argenti. Et vt hec . . . [sealing clause]. Hijs testibus, Andrea Dublet, tunc Maiore W.[1], &c.

Habent eciam ibidem predicti Pr. & Con. annuam pensionem iiijs. de supradictis Eccl. exemptis de pacifica & antiqua possessione prescripta, &c.

WITNEY.

1191.

O. C. No. 138.

[William Baker, citizen and haberdasher of London, appoints John, Prior of St. Frideswide, his Attorney to recover £5 from Christina, widow and executrix of Thomas Fryse, of Witney, deceased.]

c. 1530. Feb. 21. NOUERINT vniu. . . [&c., me] Willelmum Baker, ciuem et haberdassher London', assignasse, fecisse, loco que meo per presentes posuisse et constituisse dilectum michi in Christo Johannem [Burton], Pr. Domus S. Frediswide infra villam Oxon. in Comitatu Oxon', meum verum et legitimum in hac parte Attornatum ad pet[endum] . . . and[um], recuperand[um] et recipiend[um], pro me et nomine meo, de Cristina Fryse vidua, nuper vxore ac executore testamenti s[upremi & vltime vol]untatis Thome Fryse defuncti, dum vixit de Long Wytney in Comitatu predicto, clothyer, v libras sterlingorum, quas michi [debet & de] me iniuste detinet, ac in quibus dictus Thomas Fryse, per billam suam obligatoriam, cuius data est vicesimo qu[into die] Aprilis A.D. M°D°XXJ°, michi te . . . obligatus existit, Dans et per presentes co[ncedens predicto] Attorn[ato meo] plenam et integram potestatem meam, auctoritatem . . . [& manda]tum speciale predictam Cristinam, si necesse fu[erit, nomine] meo arrestari faciend[i], imprisononand[i], extra que prisonam de . . . tand[i], placita que et pros[ecuciones] versus ipsam sustinend[i] et sustentand[i], in quibuscumque curiis et coram quibuscumque . . . [iudici]bus et iusticiarijs quorum . . . interest, adeo precise, sicut lex exigit et requirit, Et de recuperat . . . cept . . . in hac parte . . . siue alias exonerac[iones] licitas

[1] Alexander Dublet was Mayor temp. H. III. Hedges' *Hist. Wallingford*, ii. 227.

nomine meo componend[i], sigilland[i] et deliberand[i] . . . vnum vel plures . . . [pro] se substituendum, Substitutum que ve substitutos [ve] huiusmodi ad suum libitum reuocand[i] et . . . [quoci]ens et quum [predicto Pr.] Attornato meo melius videbitur faciend[um], Cetera vero omnia et singula . . . seu . . . ea [que ne]cessaria fuerint, seu quomodolibet optima, pro me et nomine meo faciend[i], dicend[i], exerc[endi] . . . expediend[i] adeo plenarie . . . et integre prout ego [Willelmus] prefatus constitutus facerem, facere ve possem, s[i in premissis] personaliter interessem, ratum et gratum . . . et . . . firmum et stabile totum et quicq[uid] . . . nomine meo ad meum vsum . . . in premissis per presentes. In cuius rei testimonium [huic presenti scripto sigillum meum apposui] xxj^{o} die [mensis] Februarij, A^{o} regni Regis Henrici viij . . . Hall. per me Wyllelmum B[aker].

APPENDIX TO VOL. II.

1192.

Patent Roll 16 Edward II, part 2, memb. 22.

[Royal Licence for Simon Flambard to give, and the Prior and Convent of St. Frideswide to receive, a messuage in London.]

Pro Priore & Conuentu S. Fredeswide. [Marg.] [1323.] Apr. 7.

Rex omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis quod cum nuper per litteras nostras patentes, ad instanciam Margarete Comitisse Cornubie, neptis nostre carissime, concesserimus & licenciam dederimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Xpo Pr. & Con. S. Fredeswyde Oxon' quod ipsi xx libratas terrarum, tenementorum & reddituum per ann., secundum verum valorem eorundem, tam de feodo suo proprio quam alieno, exceptis terris, tenementis & redditibus que de nobis tenentur in capite, adquirere possent, Habenda & tenenda sibi & successoribus suis imperpetuum, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in litteris nostris predictis plenius continetur, Nos, volentes concessionem nostram predictam effectu debito mancipari, concessimus & licenciam dedimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, Simoni Flambard quod ipse j messuagium cum pert. in London', quod de aliis quam de nobis tenetur, & quod valet per ann. in omnibus exitibus iuxta verum valorem eiusdem vij*s.* ij*d.*, sicut per inquisicionem per dilectum Clericum nostrum magistrum Iohannem Walewayn, Escaetorem nostrum citra Trentam, de mandato nostro inde factam & in Cancellariam nostram retornatam est compertum, dare possit & assignare prefatis Pr. & Con., Habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum, in partem satis-

faccionis xx libratarum terrarum, tenementorum & reddituum predictorum, Et eisdem Pr. & Con. quod ipsi predictum messuagium cum pert. a prefato S. recipere possint & tenere sibi & successoribus suis imperpetuum, sicut predictum est, tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem, Nolentes quod predictus S., vel heredes sui, aut predicti Pr. & Con., seu successores sui, racione statuti predicti per nos vel heredes nostros inde occasionentur in aliquo seu grauentur, saluis tamen Capitalibus dominis feodi illius seruiciis inde debitis & consuetis. In cuius, &c. Teste Rege apud Westm' vij die Aprilis.

1193[1].

Printed D. M. ii. 150, No. xxxi, ex Reg. Islip, fol. 189, b. Wilk. Concil. tom. iii. p. 51.

1362. [Dec. 22.] *Mandatum Archiepiscopi Cantuar. querelam Con. S. F. Oxon continens contra Pr.*

[The Official of Lincoln during the vacancy of the See[2] to Simon Abp. of Canterbury. Letter reciting a mandate of the Abp. dated at Mayfield, Dec. 15, 1362, directing him to enquire into certain charges brought by the Supprior and Canons S. F. against Prior Nicholas of Hungerford of wasting the Conventual property and leading a dissolute life, and stating that, being prevented by other business from doing so, he had cited the said N. to appear before the Abp. personally.]

Dat. Lincoln xi Cal. Jan. A.D. MCCCLXII.

1194.

Printed D. M. ii. 150, No. xxxii, ex Reg. Islip ut supra. Wilk. Concil. tom. iii. p. 52.

[136⅔, Jan. 3.] *Eiusdem mandatum de Visitatione Conuentus S. Frideswidæ.*

[Simon Abp. of Canterbury to John Renham, Chancellor of the University of Oxford, and William, Warden of Durham Hall or Merton College. Writ directing them to summon the Prior, Supprior and Canons S. F. to attend his Visitation in the Chapter House of their Monastery] secundo die iuridico post festum S. Hillarij. Dat. Mayfield iij Non. Ian. A.D. MCCCLXII.

[1] This Charter, as well as Nos. 1194, 1198, and 1199, being printed at length in D. M., it has been thought unnecessary to give more than a summary here.

[2] The See of Lincoln was vacant from the death of Bp. Gynwell, August 5, 1362, to the consecration of Bp. Bokyngham, June 25, 1363.

1195.

Patent Roll 42 Edward III, part 1, memb. 5.

[The Prior of St. Frideswide having become bound in a large sum of money in foreign parts, the King commits the custody of the Priory to commissioners.]

Custodia Prioratus S. Frideswyde commissa. [Marg.] [1368.] May 26.

Rex omnibus ad quos, &c. Salutem. Quia datum est nobis intelligi quod Pr. Prioratus S. Frideswyde Oxon', qui de fundacione progenitorum nostrorum, quondam Regum Anglie, & nostro patronatu fore dinoscitur, dictum Prioratum in tot & tantis & intollerabilibus summis in partibus transmarinis obligauit quod possessiones & facultates eiusdem, si summe ille soluerentur, ad sustentacionem Can. ibidem Deo seruiencium & onera eidem Prioratui necessarie incumbencia nullo modo sufficere poterunt, & sic diuinum cultum inibi cessare & elemosinas & alia pietatis opera pro animabus dictorum progenitorum nostrorum in eodem Prioratu fieri abolim ordinata subtrahi necessarie oportebit, ac de dispersione Can. ibidem degencium pro defectu sustentacionis, nisi celerius remedium apponatur congruum, verisimiliter est timendum, Nos, statui predicti Prioratus pio compacientes affectu, ac pro huiusmodi oneribus tollendis, ac pro conseruacione Prioratus illius, vt tam pietatis opera quam diuinum officium ibidem congrue sustententur, volentes prout conuenit salubriter prouidere, predictum Prioratum, cum omnibus ad eum qualitercunque spectantibus, in manum nostram cepimus, & custodiam eiusdem Prioratus ac Maneriorum, terrarum, tenementorum, reddituum, rerum & facultatum quorumcunque ad Prioratum illum spectancium siue pertinencium dilectis & fidelibus nostris Iohanni de Nowers & Iohanni de Baldyngdon' commisimus, Habendum & regendum, & de eisdem disponendum prout pro maiori commodo & vtilitate Prioratus predicti viderint expedire, Ita quod omnes exitus inde prouenientes vltra necessariam sustentacionem Can. eiusdem Prioratus & eorum obsequalium in moderato numero sibi assistencium, in succursum Domus illius & non in alias vsus conuertantur & expendantur. Et ex habundanti ipsum Prioratum, terras, tenementa, redditus, res & facultates ad eum pertinencia suscepimus in proteccionem & defensionem nostram specialem, Nolentes quod de bladis, fenis, equis, carectis, cariagiis, animalibus, victualibus, aut aliis rebus seu bonis ipsius Prioratus vbicumque exeuntibus ad opus nostrum seu aliorum per prouisores nostros aut aliorum, contra voluntatem Custodum predic-

torum, seu seruiencium suorum, quicquam capiatur, aut quiuis ibidem hospitetur, nec quod predictus Pr., seu dicti Custodes, occasione non solucionis dictarum summarum, durante dicta custodia in manu nostra, molestentur in aliquo seu grauentur. Damus autem tam Suppriori & Can., Custodibus Maneriorum, possessionum, reddituum ceteris que Ministris eiusdem Prioratus quam Vicecomitibus, Maioribus, Balliuis, Ministris & aliis fidelibus nostris tenore presencium in mandatis quod prefatis I. & I. & deputatis suis in hac parte in execucione premissorum intendentes sint & respondentes, quociens & prout ipsi, vel eorum aliquis, ex parte nostra fuerint vel fuerit premuniti vel premunitus. In cuius, &c. quamdiu Prioratus predictus in manu [nostra] sic fuerit duraturus. Teste, Rege apud Westm' xxvi die Maij.

Per ipsum Regem.

1196.

Patent Roll 51 Edward III, part 1, memb. 19.

[1377.] Apr. 17. *De Prioratu S. Frideswide Oxon Iohanni Regi Castelle, &c. commisso.* [Marg.]

[Royal Charter, almost identical in terms with the foregoing, committing the custody of the Priory to John, King of Castille and Leon, for the term of three years.]

Teste Rege apud Westm' xvij° die Aprilis.

Per ipsum Regem.

1197.

[Foedera, conventiones, &c., accurante Thoma Rymer, tomus xiv (1712), p. 15.]

A.D. 1524, An. 16 H. 8. Pat. 16 H. 8, p. 2, m. 2.

[1524.] May 3. *Pro Suppressione Monasterii Sanctæ Frediswidæ, de Assensu Regio concesso.*

Rex omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Inspeximus Bullam Sanctissimi Domini nostri *Clementis* eius Nominis, Divina Prouidentia, *Papæ Septimi* ad Reuerendissimum in Christo Patrem *Thomam*, Miseratione Diuina, *Tituli Sanctæ Ceciliæ trans Tiberim Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiterum Cardinalem* Eborum Archiepiscopum & Apostolicæ Sedis Legatum, necnon Felicis Recordationis *Leonis nuper Papæ Decimi & Adriani Papæ Sexti* ac

etiam Sanctissimi Domini nostri *Clementis*, Divina Providentia, huius Nominis *Papæ Septitimi* [sic] *moderni* dictæque Sedis ad Nos Regnumque nostrum Angliæ ac omnes & singulas ipsius Regni nostri Provincias Civitates Terras atque Loca illi subiecta & alia illi adiacentia ad Vitam suam etiam de Latere Legatum, Episcopum Dunelmensem, Exemptique Monasterii Sancti Albani Commendatorium perpetuum, Angliæ Primatem & Cancellarium nostrum, per Nomen Dilecti Filii *Thomæ Tituli Sanctæ Ceciliæ Presbiteri Cardinalis* in Regno Angliæ Sui & Apostolicæ Sedis Legati transmissam Plumbo sigillatam & Datam *Romæ* apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Vicesimo quarto, Tertio Nonas Aprilis, Pontificatus eiusdem Anno Primo,

Cuius Tenor sequitur in hæc Verba.

CLEMENS EPISCOPUS *Seruus Seruorum Dei* Dilecto Filio *Thomæ Tituli Sanctæ Ceciliæ Presbitero Cardinali* in Regno Angliæ nostro & Apostolicæ Sedis Legato Salutem & Apostolicam Benedictionem. 1524. [Apr. 3.]

Quoniam per Literarum Studia Viri bonis Moribus imbuuntur, Humiles extolluntur, Studiosi, Spiritu sapientiæ ac intellectus suffusi, gerendis Rebus seriem ac cæteris opem Concilii afferunt sanioris, dignum censemus ut huiusmodi Studiis vacantibus fauores gratiosos & opportuna Commoditatum Auxilia liberaliter impendamus.

Cum itaque *Circumspectio tua*, in partem Solicitudinis a Sede Apostolica vocata, sicut in humanis adhuc agens, Consilio Prudentia & Auctoritate Sedem hanc honorare, ac eandem Hæresibus undequaque impetitam illibatam conseruare, Fidemque christianam tueri studuisti, *honoras construas* quantumque tueris; Ita, quo magis a Domino, ad Animæ tuæ Salutem, promerearis, Literarum & Eruditionis, quæ unicum Fidei & Religionis Præsidium sunt, in Collegio per *Circumspectionem tuam* in *Alma Achademia Oxoniensi* construendo, Sedem perpetuam ponere & constabilire intendis,

Nos igitur, præsentium Temporum Calamitate edocti quantum Religionis & Fidei retulerit Orthodoxæ sana Scientiarum Studia constitui, sanctumque proinde animi tui Præpositum ad effectum perducere cupientes, ac de Ingenii tui claritate Prouidentia ac Morum integritate alijsque Virtutum Donis, quibus mirum in modum insignatus es, confidentes, Motu proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblatæ Petitionis instantiam, sed de nostra mera Deliberatione ac certa Scientia, *Circumspectioni tuæ* in Monasterio, per Priorem gubernari solito, Sanctæ *Frediswidæ* Ordinis Sancti Augustini Lincolniensi Diocese, quod in ipsius Uniuersitatis meditullio existit, si ad hoc Charissimi in Christo Filii nostri *Henrici Angliæ Regis* Illustris accesserit Assensus,

Nomen Monasterii & Dignitatem Prioratus necnon Ordinem huiusmodi & Dependentiam Auctoritate nostra Suppremendum penitus & Extinguendi ac Canonicorum inibi degentium Personas ad alia Monasteria siue Loca eiusdem Ordinis Transferendi, necnon, suppressis Monasterii Nomine Dignitate Ordine & Dependentia huiusmodi, Nomen *Collegii Clericorum Secularium* Imponendi, & Collegium huiusmodi Instituendi, ac illi omnes & singulos ipsius tunc si suppressi Monasterii Fructus, Redditus, Prouentus, & Bona, quae omnia Præsentibus pro expressis haberi volumus, ad effectuum vt Personæ idoneæ pro ratione Facultatum dicti Loci in eodem Loco instituendæ, partim publicis Lectionibus astrictæ liberales Artes ac commodum Studentium *profiteantur* & alijs interpretentur, partim Ecclesiæ dicti Loci intendentes diuinis inseruiant, perpetuo Applicandi & Appropriandi, aliaque, prout Tibi commodo dictæ Vniuersitatis videbitur, in Præmissis & circa ea necessaria Faciendi Statuendi, ac etiam sub Censuris & Pœnis Ecclesiasticis *exequendi*, plenam & liberam Auctoritatem Tenore Præsentium concedimus.

Non obstantibus Apostolicis ac Bonæ Memoriæ *Ottonis & Ottoboni* olim in Regno Angliæ Apostolicæ Sedis Legatorum ac in Prouincialibus & Sinodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, necnon Monasterii & Ordinis prædictorum Iuramento. Confirmatione Apostolica vel quauis Firmitate alia roboratis Statutis & Consuetudinibus, ac eisdem Monasterio & Ordine sub quibuscumque tenoribus & formis ac cum quibusuis Clausulis & Decretis concessis Priuilegiis & Indultis Apostolicis, quibus, illorum Tenores Præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo Robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse, Motu simili Derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. *Romæ* apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Vicesimo quarto, Tertio Nonas Aprilis, Pontificatus nostri Anno primo.

Nos vero, attentius considerantes piam & Sanctam Mentem Beatissimi Domini nostri Papæ antedicti ut in Bulla prædicta continetur, quod Nomen Monasterii & Dignitas Prioratus *Sanctæ Frediswidæ* Ordinis Sancti Augustini, necnon Ordo huiusmodi cum omni eiusdem Dependentia, per prædictum Reuerendum in Christo Patrem supprimatur & extinguatur, ac Canonicorum inibi degentium Personæ ad alia Loca siue Monasteria eiusdem Ordinis transferantur,

Etiam considerantes Concessionem Bullæ prædictæ per Sanctissimum Dominum nostrum antedictum non in aliam Intentionem factam fuisse quam vt Fructus, Redditus, Prouentus, & Bona Monasterii sic suppressi in meliorem & commodiorem Vsum Conuertantur,

Et omnino cupientes vt tam pius Sanctissimi Domini nostri Affectus suum plenum integrum & inuiolabilem consequantur Effectum,

Ex mero Motu Gratia nostra speciali ac ex certa Scientia nostra plenum & integrum Assensum nostrum Regium Dedimus & Concessimus, ac per præsentes Damus & Concedimus vt prædictus *Reuerendissimus in Christo Pater*, virtute & vigore Bullæ prædictæ, & ex nostro pleno Assensu. Nomen Monasterii & Dignitatem Prioratus *Sanctæ Frediswidæ* Ordinis Sancti Augustini prædictæ, necnon Ordinem huiusmodi, cum omni eiusdem Dependentia, *Supprimere Extinguere* & Canonicorum inibi degentium Personas ad alia Monasteria siue Loca eiusdem Ordinis *Transferre possit & valeat*, ad Intentionem quod idem *Reuerendissimus in Christo Pater* Nomen Collegii Clericorum Secularium ibidem, de licentia & Auctoritate nostris, imponat, & huiusmodi *Collegium* inde *Institui faciat* omnibus & singulis quoad ad Institutionem *Collegii* prædicti necnon ad Erectionem & Fundationem eiusdem quæ in ea parte requiruntur Auctoritate nostra concurrentibus,

Et Vlterius Sciatis quod Nos, de Gratia nostra speciali, tam Impetrationem prædictæ Bullæ, quam etiam Præsentationem, Exhibitionem, Acceptationem, siue Receptionem eiusdem & Executionem Approbamus & Ratificamus, omnia Rata Grata & Firma ac etiam vt Iuri nostræ Coronæ & Prærogativæ nostræ consona habentes & reputantes, quæcumque & quocumque, circa dictæ Bullæ Impetrationem, Exhibitionem, Acceptationem, Executionem aut Vsum, gesta, facta, executa, dicta, seu quomodolibet procurata fuerint,

Declarantes nostræ Intentionis esse ne quis Iusticiariorum, Escætorum, Balliuorum, Vicecomitum, Coronatorum, aut Ministrorum nostrorum Hæredum aut Successorum, seu quæuis alia Persona deinceps & imposterum, ullo quæsito colore nostræ Prærogatiuæ aut Coronæ nostræ, dictæ Bullæ Impetrationem, Exhibitionem, Acceptationem, Executionem, aut Vsum eiusdem impugnare aut Impedire præsumant, aut huiusmodi uel quocumque alio prætextu seu occasione, Forisfacturæ Pœnæ aut commissi Nomine, vel quauis alia ex Causa Re vel Materia, aliquid Nomine nostro Hæredum aut Successorum nostrorum aut alias petere exigere aut vendicare, licet idem Monasterium de Fundatione nostra siue alicuius Progenitorum nostrorum aut cuiusuis alterius Fundatione existat,

Eo quod expressa mentio de vero valore Annuo, aut de Certitudine Præmissorum, siue aliquo alio Valore vel eorum alicuius, aut aliis Donis siue Concessionibus, per Nos aut aliquem Progenitorem nostrorum, præfato Reuerendissimo *Domino Cardinali* ante hæc tempora factis, in Præsentibus minime facta existit, aut aliquo Statuto, Actu,

Ordinatione[1], aut Prouisione, & specialiter Statuto *de Terris & Tenementis ad Manum Mortuam non ponendis* & Statuto *de Prouisoribus* inde in contrarium factis, editis, ordinatis, siue prouisis, aut aliqua alia Re Causa & Materia quacumque in aliquo non obstantibus.

Et Quoniam Animi id nostri Intentionisque sit omnibus quibuscumque modis prouidere, ut Concessiones nostræ prædictæ, præfato *Reuerendissimo in Christo Patri* factæ, aduersus Insidiantium, Calumpniantium, Tergiversantium, & Repugnantium Conatus Astutias & Calliditates omnesque Obiectiones, Allegationes, & Exceptiones, quacumque ex causa competentes & per quemcumque deinceps proponendas, Firmæ semper maneant & Inconcussæ, suamque Vim integram conseruent & illibatam in Iure Iudiciisque omnino optineant & admittantur, plenissimum denique & validissimum consequantur Effectum, Volumus insuper & Concedimus quod si præfatæ Literæ nostræ, in aliqua parte earumdem, ratione Omissionis Transpositionis aut Immutationis quarumcumque Clausularum Sententiarum Verborum Literarum, diuersaue aut indebita Nominum aut Locorum Nominatione Appellatione, aut alias quomodocumque minus validæ efficaces & insufficientes in Lege existunt, aut aliquos Defectus in eisdem contigerit aliquo unquam tempore inueniri in futurum, sicque Literæ huiusmodi in Materia, Forma, Modo, Ordine, Scriptura, Data, aut alio modo quocumque necesse habeant immutari corrigi aut reformari deque nouo fieri conscribi & sigillari, ex tunc Cancellarius noster Angliæ Hæredum & Successorum nostrorum qui pro tempore fuerit, harum Literarum Patentium virtute Mandato & Waranto, Potestatem habeat & Auctoritatem, ad Petitionem Requisitionem & Prosecutionem prædicti *Reuerendissimi in Christo Patris* Hæredum & Successorum suorum aliorumque quorumcumque quos hæc nostra Concessio quouismodo tanget, præsentes Literas reformare, corrigere, addere, diminuere, detrahere in melioremque efficatiorem & validiorem Modum & Formam, prout Casus exiget, qui pro Parte prædicti *Reuerendissimi in Christo Patris* Hæredum & Successorum suorum aliorumque quos hæc nostra Concessio tanget facere videbuntur, & secundum eas iudicare erga & contra Nos Hæredes & Successores nostros prout melius sciri poterit ac intelligi, non obstante aliqua Omissione Defectu Negligentia Repugnantia seu Contrarietate in eisdem:

Et insuper de vberiori Gratia nostra, & Liberalitate ac Munificentia, singulari Affectione, propensoque Animo quem erga dictum *Reuerendissimum in Christo Patrem*, ac etiam *præfati Collegii* Erectionem Fundationem & Stabilimentum gerimus, necnon ob egregia eius in

[1] p. 17.

